



¶ PROHEMIVM IN SVMMAM DE Donis sancti Ioseph, spōsi Beatissimæ Virginis Mariæ, ac patris putatiui Christi Iesu Dei immortalis, æditā a Fratre ISIDORO de Isolanis Mediolanense, vitæ regularis, ordinis Prædicatoꝝ.



OSEPH Viri Marię, de qua natus est Christus, altissima munera ęgris nō satis cognita mortalib⁹; ego ipse ingenio exilis, sciētia paruulus, cordis spiritu frigidus, cœlestia catholicæ dogmata fidei, nosse quidē cōcupiscens: sed parum attingēs eloquentiæ emulus: sed vsq; adhuc humilis discipulus hoc volumine conscribere aggredior. Opus ęquidem nouum vìdebitur plurimis: sed sacris ab initio eloquiis a Domino insertū fuit: & a sanctis doctoribus spiritu Dei ꝑcellentibus variis suorū voluminū locis exprẹssum. Quadere temeritatis vitiū mihi forte ascribere queunt, magni & excellētis ingenii viri. Quis. n. adulescentiū gigātis viam currere ausit: nisi audax nimiū nimiūq; de sui virtute cōfisus. Quis lati gurgitis ęquor, vndis ꝑstrepētibus leui enauigare cymba tentauerit: nisi cōsilio carēs atq; audacis animi insipiēti tutus ꝑsidio? Verūenimuero ad sapientiam, quę in altissimis habitat, cuiusue thronus in colūna nubis, cum solo alata ardore mens euolet hominū grande hoc onus subire ausim & labētes cœlo humeros supponere. Sacrarum nēpe mysteria litterarū nō peripathetica necessario expetūt studia: nō Platonis

Nouum opus forma: sed antiquū sentētiis

Sacrę lrę spū Dei intelligū tur.

philoſophiā: non mathematicas diſciplinas, quę ſancti ſpiritus illuſtratione intelliguntur. Clara etenim & quę nunq̄ marceſcit ſapientia, facile videtur ab his qui diligunt ęam, & inuenitur ab his qui quęrunt illam. Hiſce audacibus ceptis ānuit beatus Hylarius in libro de Trinitate, dicens. Hæc credendo incipe, percurre, perſiſte. Et ſi peruenturū non ſciam: gratulabor tamen me profecturū. Qui enim pie infinita proſequitur: & ſi nō contingat aliquādo: ſemp tamen proficiet prodeundo. Sed nec te inſeras, in illud ſecretū; & archano interminabilis veritatis, non te īmergas, ſummā intelligentiæ cōpręhēdere pręſumens. Sed intellige incompręhenſibilia eſſe. Hæc Hylarius. Non ſum quoq; neſcius, Deum īmortalem poſſe ſuſcitare ex hoc lapide filiū Abraę, qui ſancto digna Ioſeph loquat̃. Quoniam, nō eſt abbreuiata man⁹ Domini, & nō eſt impoſſibile apud Deum omne verbū. Ab Dei itaq; īmortalis ſuffragio, initiū ſumens, qui bonas influit volūtates, vim p̄clara cōferēs ad opera votaq; agentiū claro inſpectās lumine humil̄r īploro.

Hylarius

Inuocatio diuīa

Omnipotens, quē mēte colo, Pater vnice rerum
Ignorate malis & nulli ignote piorum,
Principio extremoq; carens antiquior æuo,
Da facilem curſum, atq; audacibus annue ceptis
Nate patris ſummi; noſtroq; ſalutifer æuo,
Pande viam pręcibus, immittens luminis auram,
Viperūq; nefas perituri auerte veneni.
O lux æthereum luſtrans pia mater olympum,
Sponſa Ioſeph pariter, & felix regia coniunx,
Tu cauſas memora, patriaſq; hęc perfer ad auras.
Da Ioſeph, huic noſtro fieri, rata vota pręcatu.

¶ Enimuero te quiſquis es, qui noſtra hęc lectitare dignaberis, rogatū etiā atq; etiā velim; & per viſcera miſeri

cordiæ Dei nostri obsecratũ, vt simplici meę veneratio ni & tenero (vt ita loquar) amori, quibus sanctissimũ prosequi Ioseph studeo, veniam des: neq; noui veluti operis inania hęc dogmata abiicias, anteaq̃ attẽtius perlegeris, profundius intellexeris, altiusq; meditatus fueris. Qz vbi ingenue effeceris, & errori me q̃clarissime cõuiceris; pio dabis primũ affectui veniã: tum de mei igno rãtia pectoris occasionẽ sumito, diuini Ioseph virtutes scribere atq; tuo me oberrantẽ præstãti ingenio superare. Meapte natura, catholicis suadentibus institutis, assi dua sancti doctoris Thomæ de Aquino lectione, cuius angelica profiteor dogmata: frequenti voluminũ Magni doctoris Alberti studio; ipso deniq; Christo, Deo optimo iubente, omnia a me ędita sanctæ Romanæ ecclesiæ correctioni submitto: cuius sedem lumen christianæ veritatis circundare vnice credo, testor, prædico ac veneror.

Pría radix cõpo nẽde huius sũmę

Attende lector

Angelici & Magni Doctorũ pfitetur dogmata

Submittit opus Ro. pontifici.

¶ At p̃sens opus, Summã de donis sancti Ioseph, vocitare libuit. Tum q̃ summa sequat̃ fastigia rerũ. Tum quia hincinde collecta, in hoc vnum sunt redacta volumen. Tum quia sacras meditantibus litteras, angusto veluti coacta loco, immensa hæc videbuntur. Tum deniq; q̃ lumine præstantes diuino, quæ missa nos fecimus, siue aliis impliciti studiis, siue ingenio haud perspicaci, nostra siue inertia, siue humanæ imbecillitate naturæ, aut cęco diuinarum rerum spiritu, cęteri addere queant: omnem quo tandem thesaurum donorum sancti Ioseph etiam pusillus quisq;, haud difficulter attingere ac intueri possit. Hos quæso studiosos, non tedeat meo cuipiam instituto adhęrere: quod sane quosuis intelligentiæ viros sequutos non ambigo. Est autem, vt in catholica ecclesia & in explanandis san-

Ratio p̃ma nõis operis.

Scda.

Tertia.

Quarta

Institutũ auctoris.

ctorum strategematibus, nil longo nisi excogitatum examine, rationi ac sacris consentiens litteris promant. Somnia imaginata oblectantes fabellas, & quę noster nobis suggerit affectus, blando nostrarum cogitationũ applausu, non cogēte ratione, horreant, pessundent, & veluti purissimæ venena doctrinæ diffugiant: ea nec leuiuscule quidem contingendo. Discurrere liceat ex sacris litteris, ex sanctis argumentari doctoribus: sed leuior absit ac inanis vanitas, & rectę rationis erudiat necessitas. Hinc euenit: vt catholici tractatores, summo quãq ab ipsis digesta studio, longioribus elaborata vigiliis, & disputantium frequentibus concussa telis: Romani pōtificis, cui promissum est, vt eius fides non deficiat, iudicio corrigenda subiiciant.

Deuitanda sõnia ac imaginatæ fabellæ.

¶ Hanc deniq; summã per capita sectam, quadrifariam principaliter diuisimus, veluti per quattuor anni partes tempus omne partitum est.

Diuisio libri.

¶ Prima quidem pars ea diuini Ioseph prosequitur dona, quę coniugium beatissimæ Virginis prę cesserunt.

¶ Secunda, quę coniugium sequuta sunt.

¶ Tertia, benedictiones explicat: & illa quę, tum in veteri, tum in nouo instrumento digesta, beatis ascripta patribus inueniuntur. Refulgēt autem q̃clarissime veluti sydera cœli in Ioseph sanctissimo.

¶ Quarta pars, a dono mortis Ioseph exorditur, pluribus quoq; distincta capitibus, diuinos cœlestis & terrestris Hierusalē honores Ioseph deinceps aperiēs. Omnibus pręmittimus hypotheses, totiusq; seriem voluminis, vt claro condita ordine, hæc legētibus doctrina clarior existat. Stili diuersitas, temporum quibus ista scripsimus varietati, attribuenda est.

ℂHYPOTHESES.

ℂPrima. Ioseph autem vir eius cum esset iustus. Matthei capite primo.

ℂSecūda. Ego & pater tuus dolentes quęrebamus te. Et item. Et erat subditus illis. Lucæ secundo.

ℂTertia. Quicquid tibi occurrit, vt recte faciendum, scias fecisse Deum tanq̄ bonorum omnium conditorem. Augustinus de libero arbitrio.

ℂQuarta. Autoritati pęnitus ratio deferat: cum consyderat cui credendum sit: & certissimā est ipsius iam cognitæ atq; perspicuæ veritatis autoritas. Augustinus de vera religione.

ℂQuinta. Quęrēdū rōne quid cōsentiat veritati, sine qua nec ē, nec valet autoritas. Aug. de morib⁹ eccl'e.

ℂSexta. Ibi secure quisqs in sensu suo abūdat: vbi vel certæ rationi vel manifestæ autoritati non obuiat quod sentitur. Bernardus.

ℂSeptima. Cum quisquis in scripturis sanctis id conatur sentire, quod in eis sensit ille qui scripsit, quid mali est si hoc sentiat q̄ tu lux omnium veridicarum mentium ostendis. Augustinus. 12. confessionū.

ℂOctaua. Memento magni quondā illius patriarchę vēditi in Ægypto. Et scito Ioseph, nō solū vocabulum fuisse sortitū: sed & castimoniā adeptū & innocentiā assequutū & gratiā. Bernardus sup missus est.

ℂNona. Dominus suæ matris solatiū, suæ carnis nutritiū; solum deniq; Ioseph in terris, magni consilii coadiutorē sibi fidelissimū elegit. Idem Bernardus.

ℂDecima. Ioseph fili⁹ Dauid nō tātū carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione: quem tanq̄ alterū Dauid Domin⁹ inuenit s̄m cor suum, cui tuto cōmitteret secretissimū atq; sacratissimū sui cordis archanū.

Cui inq̃ alteri Dauid incerta & occulta suę sapiētiæ manifestauit. Idem & in eodē loco super missus est.

℄ Vndecima. Ioseph inq̄t vir eius cum esset iustus, iustum hic in omni virtute dicit esse perfectum. Chrisostomus in Omelia secunda super Mattheum.

℄ Duodecima. Ioseph adhuc sub lege viuēs supra legem philosophabatur. Idem ibidem.

℄ Series totius voluminis.

¶ Finis primæ partis summæ de donis sancti Ioseph.

¶ Finis Secundæ partis
Summę de donis
sancti Ioseph.

Finis Tertiæ partis Sũmę
de donis sancti
Ioseph.

PRIMA PARS SVMMÆ, DE DONIS SANCTI IOSEPH, EDITÆ A FRATRE ISIDORO DE ISOLANIS MEDIOLANENSE VITÆ REGVLARIS, ORDI. PRÆDICATORVM PROFESS.

De Dono nominis sancti Ioseph. CAP. I.



OMINA SINGVLIS hominibus, aut humanitus, aut diuinitus, imponi erudi tissime instruit sanctus Thomas, in tertia pte, artic. 2. 37ᵉ. qõnis: dicẽs. Quæ ab hominibus imponunt̃, ab aliqua ꝓprietate eius cui nomẽ imponit̃ originẽ trahunt: vel a tẽpore: sicut imponunt̃ noĩa aliquoꝝ sanctoꝝ his qui in festis eorũ nascunt̃: vel a cognatione eius: sicut cũ filio imponit̃ nomen p̃ris: & vocabãt eum, nomine patris sui Zachariã, non aũt Ioannem, quia nullus erat ĩ cognatione ei⁹ qui vocaret̃ hoc nomine, vt dicit̃ Luce primo. Vel etiam ab euẽtu, sicut Ioseph vocauit primogenitũ suũ, dicens. Obliuisci me fecit Deus omniũ laborũ meorũ, Ge. 41. Vel etiã ex aliqua qualitate eius, cui nomẽ imponit̃; sicut Ge. 21. dicit̃ ꝙ quia, ꝗ prim⁹ egressus est de vtero matris, ruffus erat & totus in morẽ pellis hispidus, vocatũ est nomẽ eius

Esau, qđ interpretatur rubeus. Nomina autem, quę aliquib⁹ imponunť diuinitus, semp significāt aliquod gratuitū donū eis diuinitus datum: sicut Ge.27. dictum est Abraæ. Appellaberis Abraā, quia patrē multarū gentium constitui te. & Matth.16. dictū est Petro. Tu es Petrus, & super hāc petrā ędificabo ecclesiam meam.

Nomen Ioseph fuit impositum diuinit⁹

¶ Sponso itaq; Beatissimę matris Dei nomen Ioseph, diuinitus cōtigisse, tria persuadēt. Primū est figurę prçcessio. Nam Ioseph filius Iacob, de quo in Genesis capitib⁹ multis, diuersa referūt. In fide, quā domino suo seruauit, non ausus impudice tangere dominā suam, & castitate cōsequēter & in mysterioꝝ reuelatione, procurationis cōmissione, cibi cōseruatione & terrę prçlatiōe: isti⁹ Ioseph figura fuit, teste quoq; Magno Doctore Alberto in libro super missus est. capite.48.

Magnus doctor Albert⁹.

¶ Scdm ē euētus successio q̄uis enim nos lateat, tacētibus scripturis, quonā mō iust⁹ hic, vocat⁹ sit Ioseph: qa tñ euenisse constat, vt spōsus Dei matris esset paterq; ei⁹ filii putaretur, qđ dona cōcessa Abraæ, Iacob, ac Petro, exploratū est p̄cellere, quibus fuere imposita nomina diuinitus: idem quoq; de Ioseph credere psuademur. ¶ Tertiū ē significati exp̄ssio. Interp̄tať enim Ioseph, augmētū, siue appositio. inde Ge.30. dř. & vocauit nomen illius dicēs. Addat mihi dñs filiū alteꝝ. Hinc Magnus Doctor capite p̄adducto, ait. Proprietas nominis etiā ac significatio, quę incremētū sonat, ipsi nihilominus optime congruit, qui p hāc dispositionē, quātū ad seipsū, & q̄tū ad ꝓximū, & quātū ad deū sublimat⁹ fuit virtutū videlicet augmētatiōe, famę celebritate, homīs reuerētia & dilectiōe, mřis dei familiaritate, & diuina vt putabať p̄rnitate. Hæc Albertus. Has tres rōnes in hæc verba diu⁹ explanat Bernardus, sup missus ē, dicēs. Nec

vit ergo mris, nec filii pater extitit, quis certa & necessaria dispēsatiōe vtrūq; ad tēpus & appellatus sit & putatus. Coniice tñ ex hac appellatiōe, qua, licet dispēsatoria, meruit honorari a deo, vt pater dei & dictus & creditus sit. Coniice ex ꝓprio vocabulo, qđ augmentū non dubites interp̄tari, quis & qualis homo fuerit iste Ioseph: simul & memēto magni illius quōdā patriarchę vēditi in ægypto: & scito ipsius nō solū vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniā adeptū & innocentiā assequutū & gratiam. Siquidem ille Ioseph fraterna ex inuidia, venditus & ductus in ægyptum Christi vēditionem p̄figurauit: Iste herodianam fugiens inuidiam, Christum in ægyptū portauit. Ille domino suo fidem seruans, dnę noluit cōmisceri: Iste dñam suā, dñi sui matrē, virginē agnoscens, & ipse continens fideľr custodiuit. Illi data est intelligētia in mysteriis somniorū: Isti datū est cōsciū fieri atq; p̄ticipē cœlestiū sacramentorū. Ille frumēta seruauit, nō sibi, sed oī pplo: Iste panē viuū de cœlo seruandū accepit, tā sibi q̄ toti mūdo. Nō est dubiū, qn fidelis & bon⁹ hō fuerit iste Ioseph, cui mater despōsata est Saluatoris: Fidelis seru⁹ & prudēs quē cōstituit dñs suę mris solatiū, suę carnis nutritiū, solū deniq; in terris magni ꝯsilii coadiutorē sibi fidelissimū. Hæc Bernard.

Diu⁹ Bernard⁹ de Ioseph p̄clara nimis scribit.

ℭ Obiecta contra rōnes prætactas. CAP. II.



MAgnus doctor Albertus, omnis sapientię lumen candidissimū, matris Dei merita, virtutes, donaq; alto ꝑspectās ingenio, aduersum supioris capitis rōnes, talibus instat mediis. Videť, inquit, q̄ sponsus beatissimę virginis nō debuit Ioseph appellari, sicut enim rota est in rota, ita vetus lex in noua. ℣ Videť ergo q̄ illud cōiugiū virginis debuit alicubi in

Prima obiectio

lege figurari. Hoc aũt interpretať ecclesia, factum fuisse in Hester & in Assuero. Si ergo illud coniugium repręsentat istud figuraliter & cõiuges illi: ergo nomina ista respõdebũt nominib⁹ istis. Sed cõiunx Hester est Assuerus: ergo cõiunx dominę nostrę debuit vocari Assuerus

Secũda ¶ Item Sarra in senectute & sterilis gignẽs filium, cõtra naturam imolandũ: figura est dominæ nostræ, quę genuit filium super naturam in cruce imolandum. Si autẽ Sarra signat dominam nostram: ergo & sponsus Sarrę sponsum dominę nostrę: ergo debuit appellari Abraã.

Tertia ¶ Item si domina nostra fuit figurata p Rebecam: ergo maritus debuit appellari Isaac.

Quarta ¶ Item. si dominus per Sansonẽ, & mater ei⁹ sicut mater Sansonis: ergo sponsus eius debuit vocari Manne.

Quinta ¶ Item si Ioseph interpretatur augmentum. In isto autẽ coniugio nullum fit augmentum per Ioseph: ergo non bene appellatur Ioseph.

Ad pma quatuor obiecta. ¶ Verum primis quattuor argumẽtatiõibus satis vnica facit responsione: idem Magnus Doctor dicẽs. Nec congruebat Ioseph præfigurari per aliquem, qui maritus per carnalem copulam extiterit, cum ipse sine carnali copula sanctius coniugiũ per pactionẽ coniugalem contraxerit, & cõiunx virgo virginẽ custodierit & debitum ministerium reddendo, & matri & filio paterno affectu, inseparabiliter coniunctus fuit. Hæc ille.

¶ Cæteris quoq; respõdendo, inquit. Dicimus q̃ vna persona in veteri testamẽto, propter plures sui proprietates, quãdoq; plures figurauit. Vnde Abraam, vbi dicitur ei, Ge. 22. Tolle filiũ tuum &c. figurauit Deum patrem, qui proprio filio suo non pepercit: Vbi vero eidẽ dicit. 12. cap. Egredere de terra tua, & de cognatiõe tuá: figurauit filiũ, qui egressus a patre venit in mũdũ. Cum

autem dicitur de eo. 18. capi. ꝙ sedit in hostio tabernaculi, in ipso feruore diei: figurat antiquos patres, q sub vmbra legis sederunt, & incarnationē verbi cū feruore desyderii expectabāt. Simili mō dicimus, ꝙ iste Ioseph in vēditione, in liberatiōe, & in incarceratiōe, & ægypti saluatione, dn̄m figurauit. Sed in fidelitate, & castitate, & in mysterioꝝ reuelatiōe, ꝓcuratiōis cōmissione, cibi cōseruatiōe, & terre ꝑlatione, illius Ioseph figura fuit.

¶ De dono Patriæ sancti Ioseph. CAP. III.

IOseph, natione Galileus extitit, Galileā autē prouinciā, nō multū ab Hierosolimis remotā, inhabitasse iudeos ac gentiles, testāte sacro eloquio didicimus. Nā Esaiæ nono, propter gentiliū inhabitationē, dicit᷑ trās Iordanē Galileę gentiū. Q̄ aūt a iudeis habitaret᷑, patet ꝑ euangelistā Lucam, qui capite secundo, dicit. Ascēdit aūt Ioseph a Galilea ciuitate Nazareth in iudeam. Cōueniens vero fuit Ioseph, eam partem iudeę, patriā habuisse, propter tria. Galilea Conueniēs fuit Ioseph fuisse nazarenū: propter tria.

¶ Primo, propter officii cōmēdationē. Educaturus enī erat saluatorē iudeoꝝ atq; gentiliū. Ad Ro. 15. Dico autem Iesum Christū ministrū fuisse circūcisionis, gentes autem super misericordia honorare Deum.

¶ Scdo, ꝑp loci conditionē. Inhabitabāt. n. Galileā iudei & gētiles, vt dictū est. Eaq; erat gēs malę opinionis apud iudeos: iuxta id qđ habetur Io. primo. A Nazareth potest aliquid boni esse.

¶ Est autē aduertendū, dn̄m Iesum in oībus principalibus factis ad hūani generis salutē, ostēdisse, quare in mundū venerit. Voluit etenī nasci inter hoīes peccatores; eos inter ↄuersari, inter latrones crucifigi, peccatrici resurgēs ꝑmo appere, ostēdens ꝙ in hūc mūdū venerit

peccatores saluos facere. Qua de re patrē ex Galilea delegit putatiuū, ex cuius patria & ipse oriūdus extitit.
¶ Tertio, ꝑpter nominis interpraetationē. Interpraetat̃ enim Galilea reuelatio, siue trāsmigratio. Fuitq; cōueniēs Ioseph, cui facta ē reuelatio summi secreti Dei qd̄ est verbū in principio existēs apud Deū & lucē habitās inaccessibilē, quam nemo vnq̄ vidit, nasci in patria cui nomē est reuelatio. Neq; tam grandis reuelatio fuit trā siēs, sed permanēs. Nā verbū Dei abscōditū manibus cōtrectauit, & experiētiā de illo accepit, s̄m omnes sensus interiores & exteriores, ac s̄m partē intellectiuam.
¶ Conuenit igit̃ patria nomine reuelatio Ioseph sanctissimo, propter reuelationem passiue acceptam.
¶ Reuelatio quoq; actiue verbi Dei facta est, mediāte Ioseph, toti orbi terrarū: ipsum enim enutriuit & custodiuit vsq; ad tempus, quo omni populo manifestaret̃. Vidit enim, ait Prophaeta Dauid, oīs caro salutare Dei
¶ Interpretat̃ etiam Galilea, transmigratio. Hoc vero nomē aptissime ꝯuenit patrię sancti Ioseph, apud quē diuinitas humanā induta infantiā trāsmigrauit nutriēda, custodiēda, ac defendēda. Qua mirabili, maxima & incōpraehēsibili trāsmigratione, ipse Ioseph trāsmigrauit mēte, de humana ignorātia in notitiā angelorū, qui semp desyderāt respicere ī diuinitatē humanatā; de vili conditiōe in supremā dignitatem; super omnes patres veteris testamāti, q desyderauerūt v el vna hora videre, quem beati oculi Ioseph viderūt per multa annorū spacia. De vmbra in veritatē. Lex. n. vmbra fuit futurorū, tempore Christi. Trāsmigrauit autē de vmbra legis ac figuris & prophaetiis, ad veritatē omnimodā. Transmigrauit quoq; Ioseph de seruitute in libertatē: & in eam libertatem, qua pater summi Regis putaret̃. Itidem de

timore in amorē. Non enim cognito verbo Dei Ioseph credendus est, timore Deo seruiuisse, quoniā perfecta charitas, foras mittit timorē: sed in libertatem filiorum Dei. Hæc profecto transmigratio fuit iocūdior, mirabilior & vtilior ipsi beato Ioseph; q̄ trāsmigratio Iacob de domo Laban ad patriam suam, cum vxoribus Lya & Rachel, filiis, pecoribus & iumentis. Hac nēpe trāsmigratione, illico didicit Ioseph distinctionem inter vitā actiuā & contemplatiuā, per vxores Iacob significatas. Expertus quoq; est angelorum cōuersationē, & primogenitū totius vniuersi secum deduxit, Iesum dn̄m nostrum. Lya quidē inquieta est & turbatur circa plurima; sed mitior, imo vt opinor mitissima fuit cum Ioseph, qui supmis gaudiis affectus, deseruiebat filio Dei. Neq; trāsmigratio populi Israel ex ægypto, excellentior censenda est, hac trāsmigratione Ioseph. Viderūt quidem patres illi mirabilia in ægypto corā Pharaone, mare diuisum, māna e cœlo cadens: Solem stantē, vrbis hiericho mœnia solis tubarū clangoribus solo æquata: & ea quidem cum ex ægypto trāsmigrarent ad terram promissionis. At mirabiliora mente & oculis cōspexit sanctus Ioseph in sua transmigratione. Mente quidē, quoniam sciebat per filium suum putatiuum, saluum futurum genus humanum, Angelo Domini dicente, Matthei primo. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Quam salutem nouerat nequaq̄ fore nisi Pharao idest diabolus, cum suo exercitu, signis, & portentis, & vinceretur, & tandem aqua baptismatis confunderetur. Christus etiam panis fuit angelorum, quem de cœlo descendentem manna suauiorem, reipsa Ioseph expertus est. Fuit hæc transmigratio excellentior Babylonis trāsmigratione. Illa enim dirutā

Hierusalem terrestrẽ iudei cõdiderunt, hæc captiuũ humanum genus liberũ forę ostendit, nouaq; hierusalem de cœlo descẽdit, quin ipsius hierusalem cœlestis muri diruti instaurari cæperũt. Quid plura? ille trãsmigrationes fuerunt terrenæ: hæc spiritualis. Illæ de gente in gentem: hæc de homine ad deum. Ille vni genti proficuæ: hæc omni nationi, que sub cœlo est & non solum pręteritæ, sed & pręsenti ac futuræ cœlos lætificans, mundum innouans, angelosq; illustrans.

¶ Verum ciuitas Ioseph fuit Nazareth ortu & habitatione: licet parentũ origine Bethleem extiterit, vtpote de domo & familia Dauid. Id quidem nos cõiectamus ex conceptione Saluatoris, ac habitatione eiusdem Ioseph. Referunt etenim diuinę litterę, Ioseph inhabitasse Nazareth. Denominabat quoq; ab ea vrbe. vnde in Io. legitur. Nonne hic est Ioseph fabri filius a Nazareth Galileę. Conuenit vero interptatio huius nominis Nazareth, vitæ atq; officio sancti Ioseph. Interpratat nãq; Nazareth, iuxta. b. Hieronymũ, dupl'r. Nam primo Nazareth, idem est, q flos, vel virgultum, siue sanctio, quæ interptatio cõuenit Christo. iuxta illud Esaię nono. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Nam Christo apparẽte, proprietates floris totus mundus expertus est: legis nãq; veteris hiems transiiit tempus innouationis humanę naturę per gratię diuinę exuberantiam aduenit: fructus cœlestiũ donorum appropinquauit: medicinam sacramentorũ confecit: sensus vanitate rerum temporaliũ, virtute sua destitutos, bono odore, refecit: coronãdis demũ pro peccatoribus venit. Et hæ quidem sunt proprietates floris, propter quas congruit ciuitas Nazareth Christo dño.

Proprietates floris in .s. Ioseph inuentę.

¶ Secundo interptatur Nazareth vnctio, vel medici-

na:seu custodiens, vel separatio. Quæ quidem interpretatio aptissime cõuenit vitæ Ioseph, quæ mũda semper fuit, propter obseruationẽ virginitatis & abstinentiam a peccatis, ac diuinæ obseruationẽ legis. Cõuenit quoq; officio eiusdem. Custos enim fuit imaculatæ virginis & sponsus separatus: tamen q̃tum ad thorum ab ea, cũ qua vitam duxit (vt credimus) vsq; ad extremã horam iunctus eidem per continuã custodiam, & ab ea separatus per angelicã mundiciã. Ipse enim nesciuit thorum, sed in deliciis virginitatis perseuerans, cum diua cœlorum Regina, vnctus suprema gratia, mundus puritate mira, custos terrestris Paradisi, & separatus a carnis spurcitiis, ab omnibus angelis p̃mo cognitus fuit q̃clarissime, deinde mortalibus significatus.

Noli o lector prę̃stãs ingenio, nunc a me dictorum quęrere auctoritatẽ, vel ampliorẽ rõnem, quę deinceps latius ꝓsequemur: sed ad cor tuũ accedẽs, & in interioribus tuę domus sedẽs, dicta, luce clarius cognosces: illis assenties, ac maiora de sancto Ioseph affirmabis. Est enim lex Christi filii Dei scripta in corde fideliũ p inhabitantẽ spm̃ sanctũ: in qua si legeris, verissima nos scribere, haudquaquã vel leuiuscule arbitraberis. Probantur dicta ab ꝑsensu spiritus interioris.

De dono Genealogiæ. s. Ioseph: & cur eius genealogia, in diuinis litteris explanetur. CAP. IIII.


Attheus capite primo, Ioseph genealogiã recensens, sic ait. Iacob aũt genuit Ioseph virũ Marię, de qua natus est Iesus qui vocat᷑ Christus, vbi glosa. Post oẽs generatiões patrũ, põit vltimo generationẽ Ioseph viri Marię, pp quã oẽs alię introducuntur, dicens, Iacob autem genuit Ioseph. Itaq; ꝓpter Glosa.

Ioseph patrum illa series enumeratur: Ioseph vero ꝓpter Mariam: Maria autē ꝓpter Iesum mundi saluatorem. Inde Chrisostomus in Omelia īquit. Positis igit̄ ꝓgenitoribus & finiens in Ioseph, addit virum Marię, mōstrans ꝙ ꝓpter illā & hunc in genealogia posuit.

Chrisostomus.

Cur beata Virgo non fuerit genealogizata p se.

¶Hic autem queritur, cum de optima ac nobilissima genealogia descendisset virgo Maria, cur nō per se, sed per Ioseph genealogizata est? Ad quod respondet Damascenus. Oportet scire, ꝙ non fuerit consuetudo hebręis, neqꝫ diuinæ scripturæ, genealogizare mulieres. Lex autē erat non despōsare tribū ex alia tribu, Ioseph autem descendens ex Dauidica stirpe & iustus existens (Hoc.n.testatur euāgeliū diuinū) nō vtiqꝫ virginē ad despōsationē duxisset, nisi ex eius sceptro descēderet.

Responsio Damasceni

Cur diuinę lrę nō cōsueuerunt genealogizare mulieres

¶Si autem queratur, cur diuinæ litteræ nō consueuerunt genealogizare mulieres sicut viros? Respōdetur: quia sexus indignior, natura posterior, culpa prior, ad opera infirmitatis figurāda congruentior. Vnde Apls primæ ad Thim. 2. Mulier cum silētio discat, cum omni subiectione. Docere autē mulieri non ꝑmitto, neqꝫ dominari in virū: sed esse in silentio. Adā enim primo formatus est, deinde Eua. Nec obstat ꝙ mali genealogizentur, quia hoc est per accidens. Non enim mali inq̄tum mali, genealogizantur: quia cum alicuius actiua generatio describitur, quandoqꝫ mali, quandoqꝫ boni ponuntur; qui omnes inq̄tum boni bonitate naturæ a bono naturaliter oriuntur. Non etiam malorum inserta origo caret mysterio, quia Christus venerat saluare, quod perierat; & conseruare, quod nondum corruptū fuerat. Cum igitur de origine naturę agitur, gratia merito relinquitur, quę naturam pręcellit, causalitate, operandi efficacia, ac fine.

Cur mali genealogizēt.

¶ De quadã questione ex p̃missis orta. CAP. V.

Sed hic orit̃ qõ p̃clarior, difficilior, & p̃posito ꝯgruẽtior & affinior. Nã pp p̃dicta, mulier genealogizari nõ debet: ergo imaculata virgo debuit, qa a p̃fatis maledictionib⁹ exẽpta fuit: qnimo ipsa mutauit nomẽ Euę, & qd Eua abstulit, Maria induxit. ¶ Respõdeo. In ea genealogia Mariã genealogizari, & p virũ. Inde dicit̃, vir Marię de qua nat⁹ est Iesus, q vocat̃ Christus. Genealogizat̃ quidẽ pp carentiã maledictionis Euę, pp excellentiã dignitatis suę, & pp cõmendationẽ nouę puritatis mr̃nę. Per Ioseph quoq; genealogizatur, vt mos legis obseruet̃, vt sancti Ioseph excellentissima virtus cõmẽdet̃, & vt beatissimę virginis humilitas amplius exaltet̃. In hac aũt genealogia aduertito, Ioseph esse vltimũ inter patres veteris testamẽti, nomen eius locari ante nomen Marię, & per ipsius originẽ Christi nobilitatẽ describi, Ioseph vltimũ patrem constitui, indicat virtutes eoꝝ in vno homine colligi, sicut in termino refulgent aliquo modo ad illum ordinata. Virtutes vero signantur congruenter & q̃ordinatissime in litteris huius nominis Ioseph. Iustitia quidem in Dauid, qui etiam primus ponitur, vt mysteriũ mysterio copuletur. Obedientia in Abraam, Sapientia in Salomone, Experiẽtia exilii in Iechonia, Patientia in Zorobabel, Humilitas in vltimis patribus, qui infimę fuerunt conditionis. Et iustum quidem fuisse Ioseph, sancto prędicante euangelio, credere compellimur, ac voci angelicæ obsequentissimum. Sapientiam vero, quam a longe & in enigmate vidit idem Salomon, ipse Ioseph manibus cõtrectauit. Expertus quoq; est exiliũ Ioseph multos p ãnos, sicq; patiẽtia ac laborib⁹ Christũ Iesum

Btã Maria genealogizatur

Virtutes signãtur in ordĩe litterarũ nominis Ioseph. Iustitia. Obediẽtia. Sapiẽtia Expiẽtia Patiẽtia Humilitas.

matrēq; virginē seruauit incolumes, fugiēs rabiem Herodis persequētis. Tantę demū fuit humilitatis, vt humillime virginis vnicus inter īnumerā multitudinē hominū totius orbis, spōsus a deo īmortali electus fuerit. Si enim deus, beatā virginē ideo excelsam fecit, quia respexit humilitatē ancillæ suæ: qua re nobis credere fas nō est, sponsum vere humilem, nedū oīum inter hominum genus humillimū, eidē virgini copulauisse. Verū nomen Ioseph, ante Marię nomen locatur; vt pręsidētia viri in coniugio honoretᷓ; vt mutua charitas Ioseph & beatæ virginis præsignetᷓ, & vtriusq; magnitudo virtutū declaretur. Nam Christo ꝓpinquior est beata virgo sanctitate, nec longius distat gloriosis meritis sanctus Ioseph. Q̃ autē nobilitas Ioseph, describit nobilitatē Christi, repręsentat nobilitatis eius excellētiā, quę se habet sicut cœlum, diuinam pulchritudinē, magnitudinem, ac potentiā reꝑsentās; & sicut species īnumerę, quę dei prouidentiā, iustitiā & misericordiā exprimūt: & sicut anima rationalis, quæ vnitatē, trinitatē & fœlicitatē diuinę naturę, vt eiusdē imago denūciat. Etenim a pulchritudine, magnitudine & virtute cœlorū cognoscūtur Dei pulchritudo, magnitudo, & sapiētia. Semp enim ꝑstātior est causa suo effectu. Pulchritudo nobilitatis in varietate viroꝝ ꝑstantiū a q̄bus descēdit, consistit: magnitudo in dono prophetię & famę celebritate toto terraꝝ orbe diffusa: potentia in regia dignitate.

Cur nomen Ioseph pręponatur nomini Marię.

Nobilitas. s. Ioseph: se habet sicut cœlū

¶ At peculiari dono, prouidentia Dei manifestatur, quæ per tātos descendere pātres instituit verbū ab eterno, factum caro in tempore. Iustitia etiam Dei in hac genealogia, explorata redditur, quæ promissum filium suum, ex patribus circuncisionis oriri fecit; quo ortu gentes super misericordia Deum honorauerunt.

vt dicitur ad Ro.15. Fuit deniq; sanctissimus Ioseph in hac genealogia, sicut anima ratiōalis, Dei vnitatē repręsentans. Cognito enim verbo dei, hac genealogia manifestato, excludit multitudo deorum. Verbū aūt dei, respectum dicit ad deū patrem producentē & ad spiritū sanctum a patre & a filio spiratū, quibus trinitatē diuinarum personarū cœlesti lumine huius genealogię illustrati cognoscere possumus.

Genealogia Ioseph cognoscit mysteriū trinitatis.

¶ Ne quęso pertranseas, incōsiderato extremo verbo huius genealogię, ab Mattheo cōscriptæ. Ait vero. De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Nomine vero Christi, tota exprimitur trinitas diuinarū personarū. Qua de re baptizati in nomine Christi, in sanctę trinitatis inuocatiōe sacramētū suscepisse, veridica assertione creduntur. At diuina fœlicitas vtroq; nomine Iesu & Christi explicatur non solū obiectiue, sed etiā acquisitiue; non solū vt finis, sed etiā vt efficiēs; non solū vt terminus, sed etiā vt mediū. Hęc est enim vita ęterna vt cognoscant te solū verū Deū & quē misisti Iesum Christū Io.17. Est itaq; Iesus obiectū beatitudinis supernaturalis, finis creaturæ ratiōalis, terminus omniū actorū in toto vniuerso: & cū ipse idem sit saluator, erit pariter modus acquirendi, causa efficiens & mouens ad beatitudinem, ac medium sine quo haberi nequit eadem vltima beatitudo. Est item Christus Iesus, medium acquirendi beatitudinem, positiuū, negatiuum, & vtriusq; extremi participatiuū. Positiuum est, per pręsentiā diuinitatis & humanitatis, & per infusionem gratię gratum facientis. Negatiuū, quia est mediū sine quo non, dicente Petro Actuum.4. Non est aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri nisi in nomine Domini Iesu. Ipse.n. est hostiū. Io.10. ipse est via, dicēs. Ego sum via veritas & uita.

Fœlicitas diuía í nomie Iesu multipĺr explicatur

Ipse est lux mũdi. Io. 12. Et hæc quidẽ de genealogia san
cti Ioseph, catholicis recẽsita aurib⁹, irrefragabilia sunt
dogmata; nõ humano inuẽta ingenio, sed sacrarũ litte
rarum cœlestibus manifestata mysteriis.

De dono Nobilitatis. CAP. VI.

Nobilitas duplex.



Obilitatis donũ duplex iuenit. Alia enim est carnis nobilitas: alia mẽtis, siue animi. Est aũt carnis nobilitas, origo naturalis a parentibus diuitiis vel regiminis potẽtia decoratis. licet vero humanus animus nõ sit ex traduce: caro tamen est ex traduce. Nobiliori quoq; materie, nobiliorẽ formã deus & natura imittunt. In filiis itaq; similitudinem cõplexionis & cõformitatẽ morum & imitationẽ operationis a parentibus causari, nemo sapientum ambigit: nisi forte libertas arbitrii, vel cõsuetudo, aut alia causa extrinseca, ad cõtrarium inclinetur. Nobilitas vero animi est sola virtus. Dicunt naq; sapientes, illum esse tantũ nobilem

Iuuenal

quẽ sua virtus nobilitat. Inde Satyriographus poeta cecinit. Nobilitas est sola virtus, nõ acta parentũ. Vtraq; nobilitate claruit Ioseph. Nam primo ex patriarchali stirpe descendit Abraę ditissimi, ac suorum descẽdentium. Rationabile est autẽ tot fuisse fere generationes, ab quibus descendit Ioseph ab Abraã, quot etiã fuerũt beatę Virginis, quę quadraginta & vna generatiõe ab eodem descẽdit Abraam. Familia Ioseph fuit domus Dauid: vt habetur Luce. 2. Verũ Ioseph de domo Dauid & ab eo distans vigesimaoctaua generatione humilis & faber ferrarius electus fuit a deo in sponsum beatæ Virginis & patrẽ putatiuũ Saluatoris, propter exal-

tandam humilitatem. Nam regio, ac patriarchali iuncta semini, humilitas enarratur, cum Ioseph humilis exprimitur de domo fuisse Dauid. Item propter honorandam paupertatem. Possunt enim ignari hinc intelligere paupertatem nobilitati nō repugnare: immo mirabilior demonstratur esse ipsa paupertas, cum nobilius exemplum paupertatis & humilitatis, in Ioseph sanctissimo ostenditur. ¶ Demum propter declarandam illius dignitatem generis, euangelizatur enim Dauid humilitas; cū Ioseph filius Dauid, humilis asseritur. Dicitur enim Ioseph de domo Dauid, nō tantū propter generis successionem: sed etiam principalius propter virtutum imitationem: & tales proprie dicuntur esse de vna domo. iuxta illud. Qui habitare facit vnanimes in domo. Ex cōuictu enim formātur mores. Vnde diuus Bernardus super missus est, inquit. Huc accedit ꝙ dicitur fuisse de domo & familia Dauid. Vere enim de domo Dauid, vere de regia stirpe descendit vir iste Ioseph nobilis genere, mente nobilior: plane filius Dauid nō degenerans a patre suo Dauid. Prorsus inq̄ filius Dauid non tantū carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione: quem tanq̄ alterū Dauid, dn̄s inuenit ꝯm cor suū, cui tuto cōmitteret secretissimū atq; sacratissimū sui cordis archanum. Cui inq̄ tanq̄ alteri Dauid incerta & occulta sapientiæ suæ manifestauit, & dedit illi non ignarum esse mysterii, quod nemo principum huius sæculi cognouit. Cui deniq; datum est, quod multi reges & prophetæ videre voluerunt & non viderunt, audire & non audierūt. Et nō solū videre & audire: sed etiā portare, deducere, āplecti, deosculari, & nutrire, & custodire. Hęc ille. Liquet igiť ex p̄dictis, vtraq; Ioseph nobilitate claruisse. Ex qb⁹ itidē explorata redditť sanctitas ipsi⁹

Diu⁹ Bernardus.

Dauid & mores pręstantissimi. Non eā habuit, tanquā in familia sua mun⁹ nouiciū, sed ipsam possedit Ioseph ueluti a progenitoribus acceptā. Virtutes quoq; partim sunt a natura. Iob. 31. Ab infantia creuit mecū miseratio & ab utero egressa est mecū: & partim cōsuetudine. psal. cum sancto, sanctus eris. Quamobrem excellit Ioseph sanctitas, propter castam generationē: iuxta illud. Pulchra est casta generatio, cū claritate, immortalis est enim memoria illius, quia apud deum nota est & apud homines. Item psal. Generatio rectorū benedicetur. Excellit secundo sanctitas Ioseph, gēmis undiq; circundata radiantib⁹. Retro nempe radiat præclarissima nobilitate: ante profūdissima humilitate: supra pręstātissima dignitate: infra ab mundissima peccatorū immunitate: intus uirtutū magnificētissima puritate: a dextris erga deū ardētissima charitate; a sinistris ī proximū ieffabili pietate.

Excellētia sāctitudinis Ioseph.

Obiecta cōtra nobilitatē sancti Ioseph. CAP. VII.

SED non uidetur in sancto Ioseph tanto laudata affectu carnis nobilitas, sanctarum consona mysteriis litterarum.

Primo quidem quoniam electus fuit Ioseph ad dignoscendā ueritatem uerbi dei. Sed de illa electione dr̄ primę ad Cor. primo. Non multi sapiētes secundū carnem, nō multi potētes, non multi nobiles: sed ignobilia mūdi & ꝯtēptibilia, & ea quę nō sunt elegit de⁹: ergo nō uidet̄ recte laudari nobilitas in electo dei Ioseph.

Secundo idē cōfirmatur, auctoritate glosę super dictum idem apostoli. Venit Deus humilis, querens humiles, non altos: de quorum numero creduntur nobiles a mortalibus.

Tertio

¶ Tertio arguit̃. Dei suprema fuit humilitas in opere incarnatiõis. Sed uidet̃ maior humiliatio dei patrẽ putatiuũ eligere ignobilẽ, q̃ nobilem. Non recte igitur in Ioseph, cõmendari uidetur nobilitas.

¶ Quarto. Nobilitas nihil aliud uidet̃ eẽ q̃ antiquæ diuitiæ, ut dicit Phs in quarto politicorũ. Sed Ioseph fuit pauper, vtpote ex arte lignaria sibi uictũ quęritans: ergo non vere laudatur in eo nobilitas.

¶ Verum pro clariori horũ solutiõe animaduertendũ est, nobilitatẽ hominis in tribus cõsyderari: in causa, in substãtia, in efficiẽtia. In causa, si a nobili origine principiũ ducat: quę in sancto Ioseph, excellentissime fulsit. Nam in origine illius triplex inuenta fuit dignitas. prima corporalis: secũda spiritualis: tertia cœlestis. prima regalis: secũda sacerdotalis: tertia ꝓphętalis, & hęc cœlestis: quia futura ꝓdicere, donũ dei est. Dauid. n. rex fuit, Abraã patriarcha, Nathan ꝓphæta, a quibus originem duxit Ioseph. In substãtia vero siue in ꝑsona sua, triplicem pariter possedit nobilitatẽ. Fuit nãq; iustus mente, dignitate reginæ cœli spõsus, officio dei nutritius, ac pater putatiuus. In efficiẽtia itidẽ triplicẽ effectũ præclarissimæ nobilitatis toti vniuerso ꝓduxit. Nam Saluatorẽ mũdi suo excepit hospitio, deduxit ꝑ longa terrarũ spacia incolumem, suo seruitio ac nutriuit multos ꝑ ãnos, ꝓprio labore & exercitio. Hi sunt nouẽ radii nobilitatis sanctissimi Ioseph, quibus sole clarius pręstãtissima illius nobilitas mortalibus, explorata redditur.

Hoĩs nobilitas ĩ trib⁹ cõsistit. In causa

In substantia.

In efficientia.

¶ Ad primũ ergo respondendũ est, diuũ Paulũ loqui de ꝓdicatorib⁹ per quos cõuertẽdus erat mũdus ad fidẽ, quos cõgruebat esse plebeos & indoctos: ne eorũ potentię & sapientiæ vel dignitati ascriberet̃, illud quod deus per gratiam & eorum ministeriũ operabatur. Et sic crux

Glosa. Christi euacuaretur. Vnde glosa ibidē. Nisi fideliter pręcederet piscator, nō humiliter sequeretur orator. Nō aūt cōgruebat, vt domestico familiatu, Rex Regū ab ignobili mēte vel corpore nutriretur. Nec fas erat, cui milia milium ministrāt angelorū, patrē deligere putatiuū ignobilem. Neq;, qui virginem, quā sol & luna, ac cœlestis quiq; hierusalem ciues admirantur, matrem delegit, indigno ignobilitate viro desponsari pateretur.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ humilitas nō aduersatur nobilitati: sed ē illius decor admirabileq; ornamētū. iuxta illud. Quāto maior es, humilia te in omnib9. Humiles vero ac nobiles quęrit singularissime de9 dicēte beatissima virgine Maria. Quia respexit humilitatē ācillę suę, Ecce enim ex hoc beatā me dicēt oēs generationes.

¶ Ad tertium dicēdū q̄ in opere incarnatiōis, ostensa est suprema Dei humilitas, in carnis assumptione. Exinaniuit enim seipsum formā serui accipiēs, & in humili cōuersatione. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Matthei. 11. & in passionis vehementissima afflictione, Trenorū primo, Attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Verū, nō semper operatiōibus humilitatē p̄seferētibus exteriorē, vsus est, sed magis vel minus vt decuit. Nam in virtute docuit, miracula fecit, & victoriosus a mortuis resurrexit. Non ergo fuisset maior Dei humiliatio in incarnatione, si patrem ignobilē delegisset, quia maxima illius humilitas in præmissis apparuit, in tali opere aliter agere non decuit, & nihil humiliationi diuinæ defuit cū humanā naturā assumpsit.

Fundamētum nobilitatis ē cōplexiōis excellētia.

¶ Ad quartum dicēdum, Ioseph pauperem fuisse diuitiarum copia, sed nobilem complexionis excellentia, quod est totius nobilitatis fundamentum: & hęc quidem, satis superq; declarata fuere. Caruit ergo Ioseph

diuitiis, ad vitandam superfluitatem, easq; habuit ad necessitatem. Nec opere manuum victum quęrere repugnat hominis nobilitati, sed eius sępenumero vilitati. Nam de nullo nobilitatis genere, gloriari debet, qui in sudore vultus sui, pane vesci minime valet. Mater enim nobilitatis natura, ociosum horret, & extinguere conatur quantum potest, quoniam teste Philosopho in secundo Cœli. Omne cuius est opus, est propter ipsum opus. Et idem in tertio de anima. Deus & natura nihil frustra faciunt.

Natura horret ociosū.

¶ De dono duplicis nois pris. s. Ioseph. CAP. VIII.



Atrem Ioseph, duplici nomine, ꝓsequuntur euāgelistę. Mattheus. n. sic ait. Iacob aūt genuit Ioseph virū Marię. Lucas vero inquit: vt putabaẽ, fili⁹ Ioseph. Qui fuit, Hely. q fuit Mathat. q fuit Leui. q fuit Melchi. Quocirca, Hierony. teste, obiicit nobis Iulian⁹ August⁹ dissonātiā euāgelistarū. Super quo Aphricanus & Eusebius Cesa. pleni⁹ disputauerūt. ¶ Est autem triplex huius qōnis solutio. Prima ad litterā spectat, & ex hystoria hr̄ eccl̄iastica dicēte. Mathan & Melchi diuersis tpibus ex vna eadēq; vxore, Esta nomine, singulos filios ꝓcrearūt: quia Mathan p Salomonem descēdit, vxorē eam primo cęperat, & relicto filio vno, Iacob nomine, defunctus est. Post cuius obitum, quoniam lex viduam, alii viro, non vetat nubere: Melchi, qui per Nathan genus ducit, cum esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relictam Mathan accepit vxorem, ex qua ipse suscepit filiū nomie Hely, p quos ex diuerso patrū genere efficiūtur, Iacob & Hely vterini fratres. Quorū alter. i. Iacob Hely fratris sine liberis

Ioseph pater binomius.

Qō

Aphricanus.

Eusebi⁹ Cesariē.

Pria solutio ad litteram

defunĉti, vxorẽ ex mãdato legis accipiẽs, gẽuit Ioseph natura quidẽ suum filiũ: pp quod & scribit, Iacob aũt genuit Ioseph: ẽm vero legis pceptũ, Hely efficit filius Iacob, qa frater eã ad suscitãdũ semẽ fratris sui, acceperat. Et p hoc recta inuenit atq; integra generatio, & ea quã Mattheus enumerat & ea quã Lucas, qui legalem successionẽ qui velut adoptione quadã erga defunctos constat, competenti satis per hoc designauit iudicio, obseruans ne in huiusmodi successionibus, genuisse aliquem nominaret.

¶ Itidẽ Augustinus de cõsensu euãgelistarũ ait. Cõmodius enim filius eius dictus est, a quo fuerat adoptiuus, q̃ si diceretur ab illo genitus, cuius carne non erat natus. Mattheus autem dicens, Abraã genuit Isaac: & in hoc perseuerans, donec diceret, Iacob autem genuit Ioseph, satis exp̃ssit eum patrem produxisse ẽm ordinẽ generationũ, a quo Ioseph non adoptatus sed genitus erat: q̃q̃ si etiam Lucas genitũ diceret Ioseph ab Hely, nec sic nos, hoc verbum perturbare deberet. Neq; enim absurde quisq̃ dicitur, nõ carne, sed charitate genuisse, quem sibi filium adoptauerat. Hæc Augustinus.

Secũda solutio ad allegoriam.

¶ Secũda questionis huius solutio, ad allegoriã reducitur, quam idem diuus Augustinus de cõsensu quoq; euangelistarum, in hęc verba explicat, dicẽs. Merito autem Lucas, qui nõ ab initio euangelii sui, sed a baptismo Christi generationes enarrat tanq̃ sacerdotẽ in expiandis peccatis magis assignans, adoptionis originem ipse suscepit: qa p adoptionẽ efficimur filii Dei, credẽdo in filiũ Dei. Per carnalem vero generationẽ, quam Mattheus psequit filius Dei potius pp nos homo factus est. Satis autem ostendit Lucas se dixisse, Ioseph filiũ Hely, q illi fuerat adoptatus. Cum Adam dixerit

filium dei, qui per gratiam quam postea peccando amisit, tanq̃ filius i paradiso ꝯstitutus sit. Hęc Augustin⁹. ¶ Eusebius itidem ait. Mattheus cum inciperet scribere ante conceptionem Marię & carnalem natiuitatẽ Iesu, opportune velut in historia, pręmittit carnalem progeniẽ, vnde & generationẽ a superioribus deriuat descendens. Cũ enim verbũ Dei carnẽ acciperet, descẽdebat. Sed Lucas ad factam per lauacꝝ regenerationẽ ꝓsilit, & ibi aliam generũ successionẽ exponit, & ab imis ad ꝑma subleuans & pariter & peccatorum quos narrauit. Mattheus memoriã abdicat, eo ꝙ quicũqꝫ in Deo renascitur fit alienus a crimiosis parẽtibus, Dei filius factus, & eorũ q ẜm Deũ uitã duxerũt honestã. Sic enim Abraę dictũ ẽ, Tu ꝓficisceris ad patres tuos, nõ qdẽ carnales, sed in deo patres ꝓpter similitudinẽ honestatis. His pariter Eusebii uerbis solutio anagogica elici potest.

Eusebi⁹

Solutio anagogica ex ꝑfatis elicitur.

¶ Tertia uero respõsio, moralis est. De qua Chrisostomus ait. Quia uero ħ ps euãgelii ꝯsistit ĩ serie nominũ, nihil ꝓciosũ exide acqri existimãt. Ne igr̃ hoc patiamur expiamur ẽt hũc passum scrutari. Est.n.ex nudis noib⁹ copiosum haurire thesauꝝ, quia pluriũ reꝝ ĩdicãtia sũt noia. Nã & diuinã clemẽtiã & oblatis a mulierib⁹ grãꝫ actiões sapiũt. Cũ enim filios ĩpetrabãt: nomẽ impone bãt a dono. Glosa, ĩterꝑtat̃ igit̃ hely de⁹me⁹ uel scãdẽs. Qui fuit Mathat.i. donãs peccata. q fuit leui.i.addit⁹.

Tertia solutio ad sẽsũ moralẽ.

¶ De dono sanctificationis in vtero. CAP. IX.



DE dono sanctificatiõis sancti Ioseph in vtero mr̃is, tria dicẽda mẽti subeũt: qd sit in hac materia opinabile: qd piũ: qd catholice asserẽdũ. ¶ Pro clariori horum intelligentiã animaduertendum

¶ Ad primum ergo respondet Petrus de Palude in distinctione trigesima quarti sententiarũ: ꝙ licet conditio diuinę volũtatis intelligi debeat in omni voto & proposito: perfectionis tamen est illã exprimere. & sic fuit hic. Hæc Petrus, & bene. Ideo dicẽdum ad argumentum, ꝙ licet cum tali conditione intellecta habitualiter & non actualiter, nec expressa verbaliter stet votum absolutũ: si tamen illa conditio actualiter sit intellecta, volita & expressa, votum non est absolutum, sed mere conditionatum: & tale fuit votũ. B. Virginis ac sancti Ioseph ante mutuã desponsationem, excepta vocali expressione quę post desponsationẽ sequuta est, vt dictum est superius. Petr⁹ de Palude.


¶ Ad secundũ negaẽ minor, quia votũ de virginitate seruanda absolute factũ ante contractũ matrimoniũ; & similiter conditio de virginitate seruãda, interposita in cõtractu matrimonii, facit matrimoniũ nullũ eẽ: ideoꝙ si sanctus Ioseph tale votũ emisisset, nõ cõtraxisset verũ matrimoniũ cũ Beata Virgine, vel illud attẽtãdo peccasset: vt habeẽ a. s. Tho. in. 4. di. 30. q. 2. ar. p°. q. 2. ad pmũ. S. Tho.

¶ Ad probationẽ primam diciẽ, ꝙ cõsensus in carnalẽ copulam si Deo placuerit facit verum matrimonium, quod potest esse inter steriles habẽtes impotentiã coeundi: similiter & multomagis inter potentes, sed nolentes commisceri. Sicut esset verus baptismus, si aliquis intenderet baptizari, licet non curaret de re sacri, propter quã est principaliter institutum sacrm baptismi. Et ideo dicit. s. Thomas vbi supra. Beata Virgo anteq̃ contraheret cum Ioseph, fuit diuinitus certificata, ꝙ Ioseph in simili proposito erat. Et ideo nubens non commisit se periculo. Nec tamen propter hoc, aliquid ueritati matrimonii deperiit. ¶ Itidem Petrus de Palude in. 4°. ait. Beata Virgo cõsensit nõ solũ in cohabitatiõe dom⁹: sed Petr⁹ de Palude.

etiã in copulã cõiugalẽ sub cõditiõe, si Deus eã iuberet.
¶ Ad probationem secundam negatur similitudo: quia stante illo casu primo, mulier post votum absolutum continentiæ, nec habet potestatem, nec auctoritatẽ dandi sine peccato corpus suum carnali coniugi, auctoritate propria, nec absolute, nec sub conditione. Si tamen hoc fieret auctoritate Dei vel prælati: secus esset. Dicit quoq; sanctus Thomas vbi supra in solutione tertii, ꝙ copula carnalis cecidit implicite sub cõsensu beatæ Virginis, sicut actus implicite continetur in potentia. Potentia autem ad carnalem copulam non cõtrariatur virginitati, nec aliquid diminuit de puritate illius, nisi ratione actus: qui quidem nunq̃ fuit in proposito beatæ Virginis: sed erat iam certificata, ꝙ actus nunq̃ sequi deberet. Hæc ille. Idem quoq; dicendum est de sancto Ioseph, q̃tum ad hoc propositum spectat.

¶ Ad tertium dicendum est, ꝙ qui cõtraheret post votum virginitatis, etiam post sponsalia iuramento firmata, ex quo firmiter proponit seruare continentiam, peccaret. Nam primo deluderet mulierem & deciperet, quę putat sibi tradi ius corporis sui viri. Item cõtrahẽs cum tali intentione actu & explicite apposita in consensu, non cõtrahit veraciter matrimonium, sed simulate. Secundo quia cõmittit sacrilegium, abutens sacramento ecclesiæ. Tertio quia cõmittit fictionem & mendacium facti. Nec est periurus, qui legis auctoritate deserit iuramentum. ff. qui satisdare coguntur. l. vltima. Quapropter respondendo formaliter negatur similitudo, & ꝙ sit par casus.

De dono artis fabrilis. CAP. XV.



Xercuit diuinus Ioseph inter mortales artē fabrilem lignariā, Christo nempe iudei obiiciebant. Nonne hic est fabri filius? Cui grandiuscule iam ætatis Saluator idē, pro paterna obediētia sępenumero suffragatus est, vt pie creditur ac ratiōabilr valde. Hinc faber ab iudeis dictus ē dn̄s Iesus: vt habet Marci nono. Nōne hic est faber, fili⁹ Marię? Itidē Anselm⁹ ait. Nihilue sanitatis estimes tibi accessurū, si eum (.s. Iesum) apud Nazareth puerū inter pueros cōteplêris, si obsequētē mr̄i, si opanti nutritio assistētē ītuearis. Et Basili⁹. Ab ipsa aūt pmeua ætate parētib⁹ obediēs illius, quēlibet laborē corpeū humilr & reuerēter sustiuit. — Ansel. — Basili⁹.

Hanc vero artem sanctum exercuisse Ioseph conuenientissime multipliciter declaratur.

Primo quidem. Custodem ligni vitę exercere huiusce modi artem decuit lignariam, quam exercens Noe, humanum instaurauit genus. — Prima ratio.

Dicit itē Chrisostomus super Mattheū. Ideo fabro lignario Maria despōsata erat: quoniā Christus ecclesiæ spōsus, oēm salutē hoīum opaturus erat p lignū crucis. — Secūda ratio.

Adhuc. Cōueniebat Ioseph artē exercere lignariam, pp materiæ decentiā. Lignū nempe materia est munda, pulchra, & faciliter in quāuis deducibilis formam. Cōmunis est quoq; ars, qua vrbani ac ruricolæ egent, nullumq; genus hominum est eius non vtens artificio. Ioseph itaq; cum sua ex arte, victum nato Dei acquisiturus esset, ac varias orbis regiones petiturus, merito faber lignarius, electus a Deo fuit. — Tertia. ratio.

Ars pariter lignaria vndiq; vtilis est, minusue cæteris fallendi carens suspitione. — Quarta ratio.

Quinta ratio. ¶ Itidem ad lignarios artifices nobiles, rarius accedunt vel milites pp eius humilitatẽ, qua si egeant artificẽ ad se vocant. Quę omnia pacificę vitę, solitudinẽ sectanti beatissimæ semp Virgini mirũinmodum congruebãt.

Sexta rõ ¶ Adde ꝙ carpentario, in minimis solent mares & fœminæ deseruire q̃libentissime; quia quotidiano artis carpentariæ suffragio, familia quęq; indiget.

Septĩa ratio. ¶ Arte demum lignaria deuagantis familiæ lectuli, coquina, stabulumq; componũtur q̃facillime: quibus mater Dei ac filius, longo eguere in exilio.

Cõtẽplatio. ¶ Contẽplandũ itaq; a fidelibus, Saluatorẽ nostrum dominũ Iesum Christũ, singulas p ætates ad ãnos vsq; triginta, cõuersatũ inter homines fuisse quasi hominẽ purũ; quadã tamen cum excellentia ac cõuersandi maiestate. Plurimã nãq; diei partẽ, in templo, aut sinagogis demorabaẗ, quo id viuendi genus p̃stantissimũ esse doceret, & fini hominis magis magisq; aptũ. At domi, nulla materna p̃terfugiebat officia. Ioseph lignaria laborãtem in arte verbis solabatur diuinis, humili obsequio, ac hilaris faciei claritudine. O quotiẽs laborãti Ioseph

Verba Iesu ad Ioseph laborãtẽ. Iesus dicebat. O mi pater amantissime, His ego laboribus, æterna p̄mia feram. In hoc etenim mundo pressurã & labores ego ipse, electis meis sum pollicitur⁹. Ardua subibunt innumeri, sęua minime horrentes fata, quatenus mihi obtemperent.

Rñsio Ioseph. Cui Ioseph. O fili, O Deus altissime, labores hi nũquid non satis superq; p̄mia accipiunt, solius tuæ locutionis iucunditate? Tua nẽpe vox nimium mihi suauis est: tua eloquia dulciora super mel & fauum. O si liceret tuæ maiestatis pulchritudinem ac diuinitatẽ notã hominibus efficere, templa tibi, arasq; dicari satagerem. Omni sed sacrificio, tua potior existit volũtas. Suscipe nate Dei, labores quos hac in arte car-

catum, esse de numero opinabiliũ aut pie credendorum sequentibus persuaderi potest.

Est de numero opinabiliũ & pie credibilium Ioseph eẽ in utero sanctificatum.

¶ Primo quidẽ. Oĩs sanctificatio in vtero fuit, aut pp sanctificati excellentẽ dignitatẽ futurã, aut qa ad Christum sanctũ sanctoꝝ ordinabat. Sed vtrũq; in sancto excelluit Ioseph. Ipse enim iustus fuit, sancto spiritu teste, & supra cunctos viros ordinatus fuit, prius & immediatius ad Christũ: ergo videtur ꝙ sanctus Ioseph fuerit in vtero sanctificatus.

¶ Secundo. Hieremias in vtero sanctificat⁹ legitur, pp exp̃ssiorẽ prophetiam de Christo venturo: ergo pariter sanctus Ioseph põt asseri sanctificatus, pp exp̃ssissimã Christi notitiã, quam habuit supra cunctos viros.

¶ Tertio. si Ioãnes baptista in vtero sanctificat⁹ creditẽ pp digiti dem̃rationẽ: quare non etiã. s. Ioseph credetur sanctificatus, ꝑpter eiusdem Christi educationẽ?

¶ Confirmatur. Apostolus enim ait primę ad Corin. 3. Idoneos nos fecit ministros: ergo si seruos sanctificauit cur non & patrem putatiuum, vt idoneus pater & putaretur & esset?

¶ Quarto. Si mater in terris creditur magno sanctitatis gradu in vtero sanctificata, pp filii dignitatẽ: quare nõ etiã Ioseph aliquo gradu sanctitatis credi poterit sanctificatus, qui a Deo electus fuit vt Dei pater diceretur?

¶ Amplius hoc conuenit paritati coniugii beatę Virginis & Ioseph: quamuis eandem beatissimam Virginem, in pluribus aliis præcellere, conueniẽns fuerit.

¶ Ad hęc. Angeli in diuinũ ordinati obsequium, omni puritate & sanctitate eoꝝ cõueniẽti naturę fulserũt, vt tãto digni forẽt obseq̃o. Ioseph aũt inter oẽs viros & iter spũs beatos a Deo elect⁹ fuit, vt filio Dei familiaria p̃staret obseq̃a. Cur ergo nõ erit dicẽdus ĩ vtero sanctifi

catus quando hoc naturę ab Adā defluēti nō repugnet.
Confirmatur, quoniā Ioseph primus fuit, quem spiritussanctus canonizauit in nouo testamento, vocans illum iustum: vt habetur Matthei primo.

Probat sanctificatio Ioseph ab auctoritate.

Non desunt quoq; pii fideles asserentes Theophilū scripsisse, Ioseph fuisse sanctissimū ab vtero, ac Chrisostomū dixisse Ioseph ter fuisse sanctū, ī vtero, in vita, & in morte. Ioānes etiā Gerson, in quodā sermone de natiuitate beatę Virginis ait, ī officio hierosolimitano cōposito ob honorem. s. Ioseph contineri ipsum, in vtero fuisse sanctificatum, sicut fuit Ioannes baptista.

Cautius adducēdus ē doctor catholicus in materia pie credēdorum,

Tametsi p̄fatas ī Theophilo sñias aut Chrisostomo nō legerim, qui singula eorū volumina solicite nō perūolui; iis tñ apud quos, ea legi assentio; quoniā eorum professio ac scripta, nō infidos illos testes demōstrant.

Obiectio cōtra donū sanctificatiōis. CAP. X.

Sed cōtra p̄dictas rationes arguitur. Nam beat⁹ Dionysius quarto capite de diuinis nominib⁹ ait. Non audēdum est aliquid dicere, aut cogitare de illa supsubstantiali Deitate, nec de his quę ab ei⁹ mera pendent voluntate, pręter ea quę fuerūt nobis expressa ex diuinis eloqis. Sed sanctificatio diuini Ioseph pendet ex mera Dei voluntate, & non est expressa in diuinis litteris: igitur nullo modo asserenda.

Differūt impssa ī sacris litteris ab expssis.

Respōdet̃ ꝙ ea q̄ sunt expssa in diuinis lr̃is sunt certa atq; catholica. Impssa vero eisdem sacris lr̃is opinari pñt, & pie credi cū timore & tremore. Et ea sunt ꝓbabilr̃ ꝯñtia ex sacris lr̃is, s̄m formā syllogisticam, formalr̃ aut virtualr̃. Latent. n. ceu a claroꝝ gloria, tecta & obstrusa. De quoꝝ numero, censenda est Ioseph sanctificatio in

Sanctificatio Io

vtero. De exp̄ssis autem loquutus est beatus Dionysius. Quis.n.in nouissimis tēporibus, ꝓhibeat catholicum Romano obsequētissimū pontifici argumentis inqrere incognitā diuini Ioseph sanctitatē? Vidi ego Theologos, merita beati Ioseph haud magnifacientes, qui si ex dictis euāgelicis argumētari voluissent magnitudinem meritorū eius, cogētes in obsequiū Christi intellectum suum potius exclamauissent dicentes. Magnus est profecto Ioseph sanctissim⁹, & sicut sol lucet in ꝑpetuas eternitates, natura, cōiugio, officio, dignitate & obsequio; patres omnes testamenti veteris tantū superans, quanta apud filium pręstat auctoritate pater magis q̄ seruus.

seph: est denumero exp̄sorum.

Contra quosdā Theologos haud ingenio ꝑspicaces.

De dono pulchritudinis. CAP. XI.



Iuū Ioseph p̄stāti corp̄e, vt animi virū p̄clarissimi decet, ornatū fuisse, seq̄ntib⁹ mōstrat̄ rōib⁹

Figura & signū silitudinē debēt habere, cū signato & figurato. Sed oēs viri qui figurauerunt figura Ioseph ī sacra scriptura, fuerūt pulchri, sicut Abraā, Ioseph fili⁹ Iacob, ac Dauid: ergo & Ioseph pulcher fuit.

Pría ratio.

Itē corpus ordinat̄ ad animā, ita ꝙ animę nobiliori debet̄ corpus nobili⁹: ergo pulchritudo corpis sequit̄ ad pulchritudinē aīę: ergo vbi fuit pfecta pulchritudo aīę a principio vsq; ad extremū vitę, Deo instituēte, etiā ibi fuisse pfectā corporis pulchritudinē rationabile est.

Secūda.

Præterea, Natura est vis insita rebus ex simili simile procreans, nisi fuerit impedita vel non erret. Sed beatus Ioseph fuit ex progenie pulchra Dauid, nec natura fuit impedita vel errauit: Deo sic volente, qui omnem dignitatem progeniei Dauid in Ioseph ac beata Virgine terminauit: ergo Ioseph pulcher.

Tertia

ſus & virgo ꝑpetuus fuerit electus. Hoſpitalitatē & miſericordiā exercuit erga Deum, & tāta hilaritate, vt domū Ioſeph, Deus ipſe elegerit, eiuſq; familiæ ſe aſcripſerit. Ex his planū efficit, & claritate clarius, virtutes oēs ſpāles, q̄ i alioꝝ ꝯuerſatōe viroꝝ excelluerē, Beato quoq; Ioſeph nō defuiſſe: ſed & in eo ꝑſtātiſſimas extitiſſe.

❧ De dono modœſtię in cultu veſtium. s. Ioſeph. CAP. XVII. & Vltimum.



Odœſtia virtus eſt, qua veſtiū cultū & omnē domus ornatū temperamus. Duplex eſt huius tēperantiæ regula. Vna, ꝓprie couenietia pſonę: altera quę negociis, locis, ac hominibus cōueniunt, quibus cū agendū quicq̄ fuerit ſiue cōmorandū. Hinc Ambroſius in primo de officiis inquit. Hoc eſt pulchritudinem viuendi tenere cōuenietia cuiq; perſonę & ſexui reddere. Et hic ordo geſtorum optimus. Hic ornatus ad omnē actionē cōmodus. Decent vero timentem Deum talia: quoniā vitæ veritatis teſtes exiſtunt. Veritas autē vitæ, talem in exterioribus hominē conſtituit, qualis eſt in īterioribus. Quia teſte Sapiētia Eccleſi. 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus. Qua de re ꝑcipit Apl's ad phili. quarto. Modœſtia veſtra nota ſit omnibus hominib9. Verum habitus hominis multiplex inuenitur, ſcilicet habitus vanitatis: habitus ſupfluitatis: habitus mediocritatis: habitus ſufficiētiæ: habitus humilitatis, & habitus ſimplicitatis. Habit9 vanitatis ad iactantiā ſpectat: cui addit ſupfluitas, ornatus ampliorem īmodœſtiam. Hinc diuus inquit Auguſtinus. Contra modœſtiā eſt fucus. Habitus mediocritatis ille eſt ad quem tenentur omnes ſ'm cōem ſtatum,

Modœſtia qd.

Ambroſius de officiis.

Habitus hoīs multiplex.

Vanitatis.

Supfluitatis.

Mediocritatis.

Humili- tatis. Sufficiē tię. Simplici tatis.

siue perfecti siue imperfecti existant. Habitus humilitatis sanctorum est. Huius extrema sunt habitus sufficientię; qui contentus est eorum, quibus necesse est, & determinat ea quę ad vitam spectant. Habitus denique simplicitatis est habitus contentus eorum quę cōtingunt, & solicitudinem viuendi excludit.

¶ Cum itaque Ioseph iustum semper fuisse credamus ac virginem, habitu non est vsus vanitatis, vel superfluitatis. Ait enim Hieronymus. Mulieres serico & purpura indutæ, Christum induere non possunt: Auro, margaritis & monilibus adornatæ, ornamenta cordis perdiderunt. item glosa Lucę. 16. super verbo. Homo quidā erat diues. Si in cultu ait preciosarum vestiū culpa non esset, sermo domini non tam vigilanter exprimeret, quod diues purpura & bisso indutus, apud inferos irremediabiliter torqueretur. Fuit igitur diuini Ioseph habitus humilitatis ac tantæ perfectionis, vt nonnunquam habitum sufficiētiæ contineret nonnunquam humilitatis. ¶ Probantur hæc ratione. Tum quia sanctissimum hominem a sanctis ortū ad sanctum sanctorum ordinatum, habitū decebat deferre sanctorum. Tum quia iusti nomen & rē obtinuit. Est autem iustitiæ, illius interiora, exterioribus conformare. Tum quia faber erat, quę ars humilē exoptat habitum. Neque Ioseph habitus humilitatis, ab sufficiētiæ habitu separabatur: quoniā necessaria excogitabat, perquirebat, seruabatque diuinę suę familię. At deserta perambulans loca, & inter ægyptios habitās, viuēdi rationem in Deum proiiciebat. Quamobrem, sciebat abundare & penuriam pati.

Quis fuerit habitus sancti Ioseph.

¶ Sed aduersum prefata instatur. ¶ Primo quidem, quod habitus mediocritatis sancto conueniret Ioseph. Tum quia virtus in mediocritate consistit, a qua virtute nunquam

Qualis habitus. s. Ioseph


ſeiungitur ſanctitas. Tum quia conformitas in medio-critate conſiſtit. Sed conformitas ſingulariter conueniebat Ioſeph, qui omniũ Saluatorẽ omnibus nutriebat: iuxta illud Apſi primę ad Corin. nono. Omnia omnibus factus ſum, vt Chriſtũ lucrifaciã. Habitus ergo mediocritatis fuit habitus ſancti Ioſeph, vt videtur. nõ fuerit humili-tatis: ar-guitur.

¶ Ad hæc dicitur, ꝙ ſicut gratia nõ tollit naturam: imo perficit, & deiformem conſtituit, & ei eſſe ſupernaturale cõmunicat: ita habitus humilitatis, habitus mediocritatis. Non igitur adinuicem diſtinguuntur, ſicut res a re; ſed ſicut imperfectum a perfecto, & trigonum a tetragono. Vnde concedũtur omnia argumenta, ſed negat̃ incluſum in eis, ſcilicet ꝙ habitus mediocritatis non fuerit habitus ſancti Ioſeph. Fuit enim, ſed perfectior ſufficientia, humilitate ac ſimplicitate perficiẽtibus, pulchrifacientibus & ad ſtatum altiorem eleuantibus, mediocritate ſeruata in puro ſuæ rationis. Rñſio ad pdcã

¶ Si obiiciatur ſecũdo, inquirendo quales fuerunt veſtes ſancti Ioſeph, cuiuſue longitudinis, aut coloris: reſpondetur ſm Phm circa particularia in huiuſmodi ars medium determinare neſcit. Deſcendentẽ enim ad indiuidua iubet Plato quieſcere. Singularia enim ſunt infinita, nec eorum eſt diſciplina. In huiuſmodi enim gratia potentior eſt arte. Dicimus ergo ꝙ per vnctionẽ ſpirituſſancti ſciuit Ioſeph, habitum deferre mediocritatis & humilitatis hominibus ſuę ætatis conformem. De qualitate habit⁹ ſãcti Ioſeph.

¶ Finis Primæ partis Summæ, de Donis ſancti Ioſeph.

¶ PROHEMIVM IN SECVNDAM PARtem Summæ de Donis sancti Ioseph, spōsi Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Patris putatiui Christi Iesu Dei immortalis, æditā a Fratre ISIDORO de Isolanis Mediolanense, vitæq3 regularis ordinis Prædicatorum.



Prĩcipiũ dicēdorum.

AGNI cōnubiũ sacramēti descripturus, aĩaduertēdũ q̄ attētissime reor, atq3 ipso in limine altius inspectādum Dei imortalis opera, nil dedecoris, nil iniucundi, nilq3 imperfecti cōtinere; cecutientibus licet mortaliũ luminib9, eo℞ sępenumero lateat altitudo. Prothoparentũ nuptias, in delitiis Paradisi terrestris, Deus ipse pfecit; quib9 cætera humani cōiugia generis, leges accepere diuinas. Est aũt fœmĩa virgo, ceu hyle: vir vices formæ in natura gerit. Iuncta speciei hyle nouũ exoritur quodpiam, cui quantitas gratiores ac pulchros nimis fines ĩponit, quos exēplo ĩnumeræ occupant qualitates, ac veluti terrænascentia blandos satagunt effundere flores. Isthęc sacra Geneseos promit lectio. Propter hoc, inquit, relinquet homo patrē suum & matrē suam, & adhęrebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Quamobrē, grandi cogitantis ingenii p̄eunte ꝯsilio, patres veteris instrumēti filiis, per quos Christus longo descēderet sanguine, vxores dicauere. Quid in altitudine diuitiarũ sapientiæ & sciētię Dei actitatũ, superno illustrati spiritu arbitrabimur, quando summæ sponsus parenti delectus est? Quanta inter vtrosq3 pariformitas excogitata, quanto morum ingenuitas

De prothoparētum nuptiis.

Summo Dei consilio electus su

humilitatis causę inuẽtę fuerunt. Deformitas autem est causa humilitatis: ergo Ioseph fuit deformis.

¶ Quarto. Hoc idem cõuenire videtur humilitati Saluatoris, qui iõ patrẽ pauperẽ, de arte lignaria victũ quęrẽtẽ elegit: ergo pr̃ putatiu⁹ Christi debuit eẽ deformis.

¶ Respõdeo pulchritudinẽ in tribus ↄsistere: in corpis quãtitate: in elegãti mẽbroꝝ dispõne: & in coloris venustate. Sed ali⁹ est modus pulchritudis viri, alius fœmię: vnde ornatus muliebris virũ dedecet, dicẽte Poeta. Sint procul a nobis iuuenes vt fœmina cõpti; Fine coli modico forma virilis amat. Est itaq; opinãdũ Ioseph eam habuisse corpis quãtitatẽ, quę virũ decet pstantẽ. Silr̃ eum nec nimis fuisse carnosum, siue crassum, vel macie extẽtum, vl̃ syntethicũ; sed equalẽ. Equalitas. n. ex omni hũmorũ pari ꝓportione resultat. Si enim cõsyderes, ꝙ qui eligit hominẽ ad opus, instrumẽta operis sibi tradat, necesse est; quibus carẽs, opus exercere nequit. Ioseph vero electus fuit a Deo, ad lõga itinera peragẽda, ad labores indeficienter sustinẽdos, ad obsequia incessanter ac multos per annos exhibenda Christo infanti & puero, Virgini quoq; tenerę & cursitare per domos horrẽti, vitæq; solitariæ amatrici, deseruire: quod vbi corpus non equale sortitus fuisset Ioseph egritudine superueniẽte talia perficere nequiuisset. Igitur Ioseph corpus equale habuisse, credendum est.

Pulchritudo cõsistit in tribus.

Quę fuerit pulcritudo Ioseph

Probat Ioseph fuisse ęqualẽ.

¶ Dices. Deus ægrũ sanare põt cũ voluerit. Et debilem longa per tempora, seruare incolumem.

¶ Sed ad miracula nõ est recurrẽdũ, vbi ordo diuinę puidẽtię, ac potẽtię ordĩarię decursus seruari pñt, pcipue cõueniẽtius. Et hæc in Christi corpe ac beata Virgine matre, cur Deus posuerit, si altius cõsyderaueris, pari ratione hæc eadẽ de sancto Ioseph confitebere.

Stãte ordine diuinę puidẽtię nõ eẽ recurrẽdũ ad miracula.

Primarō cur diuinę lrę taceāt pulchritudinem Ioseph.

¶ Ad primū ergo dicendū est, plures esse causas ꝓpter quas sacrę litterę mentionē nō fecerunt de pulchritudine sancti Ioseph. ¶ Pría est finis litterarū sacrarū, qui est erudire homines ſm virtutes, nō abducētes a Deo, sed ꝑducētes ad Deum, vt finem supnaturalem rationalis creaturę. Pulchritudo vero corporalis multis fuit causa peccati: ideo efficacior est, ad hoc ꝓpositū ꝓpositio Topica asserēs ꝙ locus ab auctoritate negatiuē īefficax est. ¶ Secunda causa est, forma siue modus tractādi diuinarum scripturarum, qui est altus, breuis, & sententiis plenus. Implicite autem laudatur Ioseph pulchritudo, eius referēdo nobilem genealogiam, ad tam prēclarū opus, diuinam electionem, præstantissimasq; illius virtutes. ¶ Tertia causa est, ex parte efficiētis euangelia. Nam sancti euāgelistę, Ioseph lumine virtutū spiritualiū clarissimo illustrati nimis, pulchritudinē eius corporalē, quę in crepusculo rerū naturaliū latebat, veluti minimum quid omiserūt. Nos vero cateli, quę de mēsa dominorum cecidere micas colligimus, & māducare satagimus. ¶ Quarta est, causa materialis scripturę noui testamēti, que Christus est Deus. Et iō in nouo testamēto, spūalia magis magisq; describunt: in veteri vero corporalia.

Implicite quomō contineatur pulchritudo Ioseph ī sacra scriptura.

¶ Ad secundū dicendū: In Ioseph fuisse pulchritudinem, vt naturā perficeret & gratiā augeret. Pulchritudo aūt corpalis, ſm genus suū bona est. De occasiōe vero peccati nō est curandū, quia est scandalum passiuum: & nihil est adeo bonum, in quo non contingat malos, sumere peccādi occasionem & scādalizari. Lucę. 7. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Item mali peccandi sumunt occasionem ex bonitate Dei. Vnde glosa super illud psal. Quā bonus Israel his qui recto sunt corde, ait. Peruersis autē, peruersus esse videtur. Demones

Pulchritudo ex se bona est.

Mali scādalizāt de Deo.

pariter, de iustitia Dei pulcherrima scãdalum accipiũt. psal. Superbia eorum qui te oderũt ascẽdit semper.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ humilitatis triplicẽ contingit esse causam vel occasionẽ. Prima ab extrinseco tantũ est idest a natura. Secũda ab intrĩseco tm̃ est. s. a gratia. Tertia est & ab extrinseco & ab intrinseco simul. Perfectior vero causa est gratia, quoniã est perfectior natura: ideo deformitas in sancto Iosep, nullũ perfectionis gradum cõtulisset eius excellentissimæ charitati & humilitati. Humilitatis triplex cã.

¶ Ad quartũ respondet ꝙ nõ fuisset maior humilitas Saluatoris, si patrẽ putatiuũ elegisset deformẽ. Humilitas enim in patre putatiuo, vt dictum est, fuit perfectior. Humilitas autem perfectior est gratiæ quoq; augmentatiua & nullo modo diminutiua.

¶ De dono virginitatis. CAP. XIII.



Oseph debuisse virginẽ esse re, & voto cordis & oris cõditionato, ꝓbant sacri Theologi rationibus, atq; sanctorum auctoritatibus.

¶ Prima ratio, est ab euãgelio trahẽs efficaciã. Ioseph enim iustus fuit & fornicatio in iustũ nõ cadit: nec aliã vxorẽ habuit, & beata Virgo in euũ virgo permãsit: ergo etiã Ioseph virgo fuit. Et voto qa cõi cõsensu castitas inter eos ꝑmãsit, ẜm beatũ Hieronymũ cõtra Heluidiũ. Beata aũt Maria virginitatẽ deo sacrauerat. Virginitas enim, vt ait. b. August. laudat, nõ quia virginitas sed qa deo dicata. Quod qdẽ corde pri⁹ tm̃ fecit: qa tũc mr̃imoniũ ꝑferebat virginitati, & ipsa forte nõdũ nouerat qd deo sup hoc placeret. Postea vero verbis exp̃ssit, qñ p angelũ certificata fuit, &. s. Ioseph vir ei⁹ ꝯsensit. Hieron. August.

¶ Qꝛ vero votum. s. Ioseph fuit cõditionatũ, ꝓbatur.

Ioseph termin⁹ legum.

Nam Ioseph inter viros fuit confiniũ siue orizon nouę & veteris legis, sicut aurora diei & noctis. Et votũ eius debuit sapere nouã legem, q̃tum ad virginitatẽ; & veterem inq̃tum cõditionẽ apposuit. Item quia lege prohibitum erat non dare operã ad relinquendũ semen super terrã: ideo non simpliciter credendum est Ioseph virginitatẽ vouisse: sed sub conditione si deo placeret.

¶ Secũda ratio est. Personę immediate ordinatę ad humanitatem Christi, conuenit fuisse virginem. Sicut patuit in beata Virgine, in Io. baptista atq; euãgelista. Sed Ioseph ordinatus fuit ĩmediatius ad humanitatẽ Christi q̃ cæteri viri: ergo virgo censendus est.

¶ Tertia rõ. Nobilissimę p̃rnitatis dono insignit⁹ fuit Ioseph: ergo habuit cõditiões nobilissimę p̃rnitatis. Inter quas enumerat̃ virginitas, q̃ p̃rnitati diuinę ꝯuenit.

¶ Cõfirmat̃ qm̃ Ioseph, vices p̃ris cœlestis ĩ terris gessit

¶ Quarta ratio. Deus est melior mũdo sensibili, p̃stantior ac p̃fectior. Sed angelis qui pp suã mũdiciã, virgines vocãt̃, cõmissa est gubernatio mũdi sensibilis: ergo pariter Ioseph virginẽ oĩno credere fas est, cui cõmissa fuit gubernatio & cura Dei ĩmortalis caro facti.

¶ Quinta ratio. Nouũ testamentũ virginitatẽ consecrat, & supra cõiugatos reponit. Sed sanctus Ioseph primus est, quẽ sacra noui testamẽti pagina, iustũ p̃dicat. Igitur rationabiliter arbitramur, illum fuisse uirginẽ.

¶ Sexta ratio. In obseq̃o Christi familiari, Ioseph par fuit angelis: ergo uirgo ꝓm angelicã imitationẽ.


Virginitas Ioseph: p̃clarior: uirginitate angelorũ.

¶ Amplius dixerim, Ioseph virginitatẽ fuisse nobiliorem, gratiorem, vtiliorẽ, gloriosiorẽ, ac mirabiliorẽ; q̃ fuerit Angelorum virginitas. Nam angelorum virginitas & castitas est a natura, sancti vero Ioseph a gratia: ergo nobilior. Item angelorum necessaria: hęc vero vo

luntaria: ergo gratior. Prętereà angelorũ castitas, nõ est meritoria, hęc vero est: ergo vtilior. Item angelorũ, est in natura impassibili, hęc aũt in carne fragili: ergo mirabilior. Est deniq; pfectior virginitas sancti Ioseph, quia in anima & in corpore, illa vero in spiritu tantum.

¶ Circa sanctorũ auctoritates, quibus firmius assentimus virginitati sancti Ioseph, sat erit adducere Magistrũ sniarũ in. 4. di. 30. qui verba beati Augustini referẽs ait. Beata Maria ꝓposuit se seruaturã votũ virginitatis in corde, sed ipsum votũ nõ expssit ore. Subiecit se diuinę dispõni, ꝓposuit se pseueraturã virginẽ nisi Deus ei aliter reuelaret. Cõmittens ergo virginitatẽ suã dispositioni diuinę cõsensit in carnalem copulã, nõ illã appetẽdo, sed diuinę inspiratiõi in vtroq; obediẽdo. Postea vero simul cũ uiro labiis expssit, & uterq; in uirginitate simul permansit. Hęc ille. Verũ hãc eãdẽ sniam, sancti Doctores ac uiri ingenio pclarissimi Magistrũ sniarum interptãtes, sequunt, approbãt & ꝯfirmant. Hoc idem singularius asserit. s. Tho. in. 3. parte. q. 28. art. 4. Magister sententiarũ in quarto.

¶ Obiecta q votum Ioseph de uirginitate seruanda non fuerit conditionatum. CAP. XIIII.



QVod votũ emissum a sancto Ioseph nõ fuerit cõditionatũ, ceu in principio capli pcedentis dictũ fuit, arguit quorũdã argumentis.

¶ Prĩo qdẽ, votũ virginitatis. s. Ioseph dr fuisse ꝯditiõatũ, qa vouit, nisi alr dispõeret. Sed hęc ꝯditio intelligit in oĩ voto qtũcũq; absoluto. qa nullus debet Deo offerre aliqd nisi velit ipse: nec iordiate dbet aliqs offerre: ergo cũ hac ꝯditõe sic itellecta stabit votũ simplr absolutũ

¶ Secundo. Nulla est ratio asserendi uotum sancti Ioseph fuisse conditionatum, nisi quia si simpliciter

pentaria exerceo, pro tua qui pietate immensa me tuum in patrem putatiuum delegisti. Tibi in excelsis angeli famulantur: in terris vero homo carpentarius. Tu beatorum spirituum fœlicissima es beatitudo, qui nunc homini fabro solatia pręstare non dedignaris. Quamobrem sanctus Bonauẽtura ait. Reuersus igitur Dominus de ægypto, cum parẽtibus suis in ciuitatem Nazareth erat subiectus & habitabat ibidem, cum eis abinde vsq; ad principium trigesimi anni. Nec in scripturis reperitur q̃ in toto isto tempore aliquid fecerit, quod mirabile videtur valde. Quid ergo meditabimur eum fecisse? ne Dominus ociosus tanto tempore stetisse dicatur, nihilq; fecisse. Si enim aliqua fecisset, cur nõ fuissent scripta sicut & cætera facta sua? Hęc de Deo, non sapiẽtes dicere possent. Sed attende hic bene, quia patenter videre poteris quia nihil faciendo fecit magnifica. Subtrahebat ergo se a consortio & cõuersatione hominum. Ibat ad synagogã, & stabat ibi in loco meliori & secretiori se ponẽs. Redibat domum: stabat cum matre, & aliquãdo suum nutritium adiuuabat. Pertransibat eundo & redeundo inter homines ac si nõ videret homines. Fœlix Ioseph quęrebat victum de arte lignaminis, Domina vero colo & acu precio laborabat. Parabat victum sponso suo & filio, & alia expediẽtia faciebat. Non enim habebat seruientem. Compatere ergo sibi, quia sic suis manibus operari & laborare oportet. Compatere Domino Iesu, quia ipse adiuuabat fideliter & laborabat in his quę poterat. Intuere enim humilia obsequia per domum facientem. Hæc sanctus Bonauẽtura.

S. Bonauẽtura.

¶ De donis virtutum circunstantium conuersationē sancti Ioseph. CAP. XVI.



Onuersatio sancti Ioseph, septem titulis irradiauit cœlestibus. Fuit enim moralis, pia, religiosa, virginea, angelica ac diuina. Nam prudentia, alter Ioseph fuit, siue cū suos inter fratres conuersatus est, siue cū in Ægypto vēditus fuit, siue cū principatū acquisiuit in domo Pharaonis. Sanctus. n. Ioseph pater Saluatoris, nō minori excellentia inter iudeos & gentiles propria oriundos ciuitate, obseruator fuit paternę legis diuinę, ac in Ægypto viā Dñi exul non dereliquit. Factus pater putatiuus filii Dei, spōsusq; Reginæ mūdi, prudentię viam, solicitudine maiori amplex9 est. Iustus vero, Dei testimonio, sanctus Ioseph comprobatur. Iustitia itidem sancti Ioseph ī Noe e iusto figurata fuit. Hic, vt habetur Gen. 6. quoniā iustus atq; perfectus cum Deo ambulauit, archam diuino gubernauit pcepto, in qua genus humanum saluū factum. Hic est Noe qui columbam virentis oliuæ ramū deferentem, signū clementiæ Dei manibus excepit. Hic, signum fœderis inter Deum & hominem vidit. Verum mysteria, quę Noe gesta significabāt, sub vmbra sancto Ioseph, sub vero sole, cōtigerunt. Ipse enim sua promeruit iustitia; vt virgini Beatissimæ in archa Noe pfiguratę spōsus & caput esse meruerit. Ipse eandē gremio gestantē verbum Dei incarnatum humanæ signum reconciliationis cum Deo, obsequio sancto manuū suarū prosequutus est. Ipse signum fœderis inter Deum & hominē idest Christum, oculis vidit & exultauit; diluuiū humanæ naturę, amplius nō pertimescens. Prudētia, pariter in conuersatione sancti Ioseph emicuit, qua & pręteri-

Qđ conuersatio sāncti Ioseph fuerit moralis.

Noe figura. s. Ioseph.

torum reminiscebatur &, p̄sentia alto penetrabat ingenio, futuraq; p̄meditabatur: quod potissime verbis explanatur euãgelicis. Ioseph, cum esset iustus & nollet eã traducere, voluit occulte dimittere eam. At isthęc lati⁹ suo loco, explanabunt̃. Quis vero virgineũ hominẽ, omnibus diebus vitæ suæ, intẽperatũ asseuerabit? Fortis itidẽ fuit vt mors, cuius pectus grande, Christũ contra persequutores tyrãnos illesum custodiuit.

¶ Pia quoq; censenda est fuisse conuersatio sancti Ioseph, omni atq; pietatis genere ornatissima. Est autẽ triplex pietas: vulgaris: virtuosa: diuina. De Vulgari inqt beatus August. decimo de ciuitate Dei. More vulgi, nomen pietatis etiã in operibus misericordię, frequentat̃. Quod ideo arbitror euenisse: quia hoc fieri p̄cipue mãdat Deus, ea quę sibi vel pro sacrificiis placere testatur. Ex qua cõsuetudĩe factum est, vt Deus ipse pius dicat̃. Q: fuerit pia. Triplex pietas. Vulgaris.

¶ At pietas Virtuosa, teste Cicerone, est per quã sanguine iunctis patriæq; beniuolis officium & diligens tributur cultus. ¶ Diuina pietas ea est, quę inter dona spiritussancti enumeratur. Ait vero. s. Thomas in tertio s̃niarũ. di. nona. q. prima. pietatem, vt donum consistere in quadam beneuolentia supra modum humanum ad omnes. Religio autem exhibet cultum Deo. Virtuosa. Et diuina s. Tho.

¶ Minime aũt ambigendũ est, cõuersationẽ sancti Ioseph fuisse piam, pietate vulgari; qui vt ait. s. Bonauentura quęrebat victũ de arte lignaria, nec dubium quin sibi beatæ Virgini ac Christo. Quis dubitabit Ioseph, si forte vicinis in quopiã prodesse posset etiã malis, non illis suffragia p̄stitisse? Habebat enim interiorẽ sp̃um talia docentem. Habebat beatissimã Virginem coniugem amãtissimã, nullius ignarã rei: hẽbat deniq; Christum verũ Deum misericordiæ opera laudãtes, suadẽ- s. Bonauẽtura.

tes sibi atque suffragantes. Si cum sancto sanctus eris, cur nō cum pientissimis, Ioseph pientissimus euasit? Verū qđ ad officiū ac cultum diligentē spectat, erga sanguine iunctos, Christū videlicet ac beatam Virginē, nullo scribēdi genere, nos prosequi digne aliquādo posse arbitramur. Cogitabat Ioseph attentius, acutius ac prudentius, ne in quoq̄ deesset beatissimæ Virgini ac Christo infanti. Perficiebat eadē solicitius, gratius ac feruētius.

Qđ fuerit religiosa. ¶ Religiosam quoque illius conuersationem fuisse, nemo sanæ mentis veretur. Si enim religio Deo offert cultum. Religiosissima ergo fuit conuersatio sancti Ioseph, qui Christo Deo vero, dies ac noctes seruiebat. Dixit beatus Ambrosius: credibile esse Ioseph fuisse iustum & perfectum in omnibus operibus bonis. Dixisse etiam ferunt beatum Hieronymum: fuisse morem sancti Ioseph vt media nocte oraturus surgeret, cum beata Virgine. Quod valde rationabile esse asseuerabūt Deo seruientes cum lætitia.

Idē ait Chrisostomus super Matheum.

Qđ fuerit uirginea, ¶ Virginea itidem fuit conuersatio beatissimi Ioseph voto, verbis, & effectu. Habuit nempe virginitatis votum, vt dictum est; ad quod verbis & rebus conuersatio, candida virginitate pollens, subsequuta est. Colloquia siquidem Ioseph assidua erant cum beata Virgine, quę cuncta attigit, sua mundicia. Iucundum procul dubio est, inter phos ac theologos conuersari: quoniā sermo illorum de rebus altissimis sit frequentior. Suaue intantum est, vt etiam phantiū quispiam animam exhalans, disputationē audire cupierit, eo dicendi genere nimium nimiumque oblectatus. Si rationem optas, accipe. Naturalis beatitudo, mentis humanæ ea est: teste Aristotele in decimo Ethicorum: cum intellectu superiora attingimus, ac pręsertim substantias separatas, Deumque

Aristot. 10. ethi.

potissime. Hinc ait idem Aristoteles in duodecimo de animalibus. Magis concupiscimus scire modicum de rebus honorabilibus & altissimis, etiam si probabiliter & topice illud sciamus: q̃ scire multum & per certitudinem, de rebus minus nobilib⁹. Erat itaq; Ioseph vir clarus ingenio, quod gratia ẽt atq; etiã pficiebat frequẽsq; Angelica apparitio, quorũ propriũ est illuminare. Experiebat̃ de rebus altissimis in sua sponsa notitiã, cuius erãt verba dulciora sup mel & fauũ. Quocirca diuum Ioseph a colloquiis talib⁹, nõ diu recessisse, rõabile est. O fœlicẽ hominẽ. O castissimũ pectus. O virgineã mentem, que inter mortales talia expertus est in cõuersatiõe solatia. Sed iam de illius ꝯuersatõe angelica loquamur.

¶ Angelica nempe fuit moribus, societate, intellectu, voluntate, officio, ac cõtẽplatione. Fulgent siquidem beatorũ Angelorũ mores mundicia omnimoda, sapiẽtia prestant diuina, ardentq; charitate supna. Que tria, in Angelis apparẽtibus Abrae. Ge. 18. manifesta sunt. Mundicia in cibo & potu: sapiẽtia in reuelatione occultorum, quando pdixerunt Isaac nasciturũ: charitas cum ostenderunt se Abraã diligere, in persona Dei dicentis. Num celare potero Abraam, que gesturus sum? Hæc eadem ostensa fuere ab angelo Raphaele in societate Tobiæ. Mundicia quidẽ in habitu, sapiẽtia in consilio, charitas cũ dixit. Videbar quidẽ vobiscũ mãducare & bibere: sed ego cibo & potu iuisibili vtor, qui ab hominibus videri non põt. Quare Ioseph mores, angelici dicendi sunt, mundiciã virginitatis semp spirantes, sapiẽtiam exprimentes diuinã, dum prudentissime consilia pficeret Angelica, ac diuina ardens charitate Deũ verũ manibus ptractaret. Nunqd coram magno perseuerãs igne diu quispiam frigescet? Deus autem noster ignis

Q; fuerit angelica.

Mores ãgeloꝝ i cõuersatiõe hominum.

ardens est, cui per singulas horas Ioseph astabat. Multiplici Angelorum apparitione facta, Ioseph, euangelio prædicante, fateri cogimur ipsum Angelica societate fuisse vsum. Familiaritatē autē, cum illis arguimus quoniā propriis, nomine ac cognomine Ioseph vocare cōsueuerunt, dicentes Ioseph fili Dauid. Intellectus vero Angelici sunt natura prȩclarissimi, alterna quoq; illuminatiōe ac diuina uisione. Aristoteles inquit in.2. de aīa. Molles idest nobiles carne, apti sunt mente. Ioseph nobilissimus ergo intellectu prȩstantissimus. Illuminationes quoq; ab Angelis frequēter accipiebat: vt in euāgelio legitur. A beatissima itidem Virgine & a Christo erudiebat. Quis Regum, quȩso, nisi mentis inops, gratissima sibi gubernāda cōmitteret viro nō sapiētissimo, solertissimo, fidissimo? Deus, cuius sapiētia incōprȩhēsibilis est, Christum finē totius vniuersi ac toto vniuerso prȩciosiorē gubernādū, custodiēdū, enutriēdūq; dedit sancto Ioseph. Illū igitur ingenio fulgētē prȩclarissimo inter oēs hoīes suȩ tēpestatis recta affirmauerim ratione, crediderim & ab ipsa victus ratiōe litteris mandauerim. Hinc Ioseph volūtas, charitate in flammas diuinas erumpebat, qua oīa illius opera verba, motus obsequia q̄ excellētissime decorabāt. ¶ Deo semp astat chorus Angelorum, quorū nōnulli in ministeriū mittunt ꝑpter eos, q hȩreditatē capiūt salutis. Putasne Ioseph Christi prȩsentiā siue in infantili ætate, siue in puerili, siue in adulescētia, siue in iuuētute sponte aliquādo deseruisse? Eidem pariter Christo deseruiebat, magno cordis iubilo, etiā ꝑpter eos qui hȩreditatē accepturi erāt salutis. Quare cōseqtur vt vitā contēplatiōi Christi Dei adictā duceret, qua absens quoq; pro variis rerū familiariū negociis, mente fruebat, vt Angelica in eo luce-

Ioseph īgenio ꝓstitit sup oēs uirossuȩ ȩtatis.

ret cõuersatio. De angelis enim scribitur. Quoniã sem per vident faciem patris mei, qui in cœlis est.

¶ Conuersatio deniq; Ioseph diuina extitit, cunctos supra mortales, qui ab exordio mũdi fuere, erũtq; vsq; ad finem. Diuia nãq; fuit societate, familiaritate, aut et fortassis charitate. Societas enim Ioseph gessit personã Dei patris oĩum ꝯditoris p verbũ, dum eiusdẽ verbi incarnati putabať pater. Cum Christo itidẽ Deo cõuersatus est, cũ quo multos p ãnos comedit & bibit, sub eodẽ tectoq; habitauit. Fuit quoq; spõsus beatissimę Virginis, in qua habitauit spũssanctus, Deus verus plenissime. Societas ergo sancti Ioseph diuina fuit, inter mortales officio, habitatione, ac cõiugio. Laudam⁹ & veneramur patres veteris nouiq; testamẽti q̃ societatẽ cũ Deo habuerint. Noe. n. loquutus est Deus. Abrãę angeli apparuere, Dei psonã gerẽtes. Iacob vidit i somnis Dñm inixũ scalæ. Moysi loquut⁹ est Deus ore ad os, sicut loq̃tur amicus ad amicũ. Samuel audiuit vocẽ Dñi se vocãtis: dum puer esset ꝓuectę aũt ætatis, Dei alloquutione crebra, adeo magnus effectus est, vt reges Israel ipse sacraret. Dauid, diuino rapiebať spiritu. Salomoni i somnis Deus apparuit, cui ẽt sapiam supra cunctos indidit mortales. Prophętę variis sub imaginib⁹ viderũt Dñm ppea vidẽtes sunt appellati. Apłi cũ Christo p̃ceptore ac magrõ ꝯuersati sunt. An sua Ioseph diuina societate p̃fatis inferior cẽsendus est? Minime. Quod potissime argumẽtamur, ab Christi dei familiaritate. Ipse nãq; infantulũ vnius diei vidit Deũ, quẽ adorauit, cui⁹ saltẽ pedes, haud vereor; exosculat⁹ est. Cui oĩa pfecit pñs: ẽm legẽ Moysi. Quẽ detulit in Ægypto, quẽp ãnos septẽ ibidẽ enutriuit cum matre. O quotiens Ioseph magnę mẽtis ardẽtisq; fidei Iesum infantem in vlnas accepisse

Q̃ fuerit diuĩa

ingenuitas librata examine, quibus superi & inferi ac terrigenę, altissimi nexum coniugii & admirarentur & colerent. Hocce, Reginæ cœlorũ Marię semper virginis est cõnubium, filię Dauid nuptæ, Deo medio, Ioseph de domo pariter & familia Dauid. Magno itaq; sęclorũ redeunte ordine. Iam noua progenies, cœlo demittitur alto. Cuius supernæ thronus maiestatis, tantũ dignitatis, mundicię, decoris ac p̃stantiæ contulit Ioseph, quãtum ęgris nondum mortalibus satis superq; cognitum, certo fidei lumine, credimus. Iamq; igit̃ cœlestia tãtarũ secreta nuptiarũ, aperiamus; & humili gñe dicẽdi, maximis de reb⁹, diserat secũdi hui⁹ volumĩs partita diuisio.

itioseph in spõsũ btẽ Virginis.

Digni/tas s. Ioseph nõ dũcognita mor/talibus.

¶ Finis Prohemii.

¶ De dono Cõiugii sancti Ioseph & beatissimæ semper virginis Marię. CAP. I.



ERVM fuisse mr̃imoniũ ĩter Ioseph & beatissimã Virginẽ: sequẽtib⁹ ꝑpositionibus declaratur.

¶ Pria est. Beata Maria & Ioseph nõ obstante voto virginitatis per v.rũq; emisso, verũ mr̃imoniũ cõtraxerunt.

¶ Huius propõnis prima pars cum in antedictis sit ꝓbata, secunda probatur per ea quę dicit. s. Thomas in tertia parte. q. 29. ar. 2. Matrimoniũ inquit siue coniugium dicitur verum, ex hoc ꝙ suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio prima & secunda. Prima quidem rei perfectio consistit in ipsa forma ex qua speciem sortitur. Secunda vero perfectio cõsistit in operatione rei, per quã res aliqualiter suũ finẽ attingit. Forma autẽ matrimonii consistit in quadã indiuisibili con

s. Tho.

Forma mr̃imo/nii.

iunctione animorũ, per quã vnus coniugũ indiuisibilr alteri fidẽ seruare tenet. Finis aũt mrimonii, ẽ proles generãda & educãda. Ad quorũ primũ puenit per cõcubitũ coniugalẽ: ad scdm per alia opera viri & vxoris, qbus sibi inuicẽ obsequunt ad prolẽ nutriendã. Sic igit dicẽdum est, ꝙ quãtũ ad primã pfectiõnẽ, omnino fuit verum matrimoniũ Virginis matris Dei & Ioseph, quia vterq; consensit in copulã carnalẽ: nisi sub conditiõe, si Deo placeret. Vnde & Angelus vocat Mariam cõiugẽ Ioseph, dicens ad Ioseph. Matthei primo. Noli timere accipere Mariã coniugẽ. Quod exponẽs Augustinus,

August. dicit. Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide, quam cõcubitu nec cognouerat nec fuerat cogniturus. Quantũ vero ad secundã pfectiõnẽ, quę est p actũ matrimonii, si hoc referat ad carnalẽ cõcubitũ p quẽ proles generat, nõ fuit illud matrimoniũ cõsumatũ. Vnde

Ambrosius. Ambrosius dicit, sup Lucam. Nõ te moueat ꝙ frequẽter Mariã scriptura vocat coniugẽ. Nõ enim virginitatis ereptio: sed cõiugii testificatio & nuptiarũ celebratio declarat. Habuit tñ illud matrimoniũ etiã secundã pfectionem, q̃tum ad prolis educatiõnẽ. Vnde Augustinꝰ dicit, in libro de nuptiis & cõcupiscẽtia. Omne nuptiarum bonũ impletũ est, in illis parẽtibus Christi, proles, fides & sacrametũ. Prolẽ cognoscimus ipsum Dñm Iesum: fidẽ, qa nullũ adulteriũ: sacramtũ, qa nullũ diuortiũ. Solus ibi nuptialis cõcubitꝰ, nõ fuit. Hæc ille. Similia dicit. 30. di. 4. q. 2. ar. 2. & tertio.

¶ Secunda propositio. Matrimoniũ illud fuit licitum. Hanc probat. s. Tho. in. 4. dist. 30. q. 2. ar. primo. q. secũda. ad primũ: dicens. Post votũ virginitatis absolute factum, nõ põt aliquis in matrimoniũ cõsentire sine peccato: quia si sit votũ solemne, non fit matrimonium ve-

rum: si autē sit votum simplex, verū est matrimonium quod sequitur: tamen peccant contrahentes. Votū autem beatæ Virginis non fuit solēne, sed simplex in corde expressum: nec absolutū, sed sub cōditioe vt ex littera patet. Et ideo potuit sine peccato ex speciali spiritussancti cōsilio, cuius dispositio cōditionał'r in suo voto cadebat, in matrimoniū cōsentire. Hæc ille. Eadē ponit in tertia parte. q. 29. ar. primo. Ex quibus pōt formari talis ratio. Id quod habet multiplicē cōueniētiæ rationē, & nihil cōtra rectā rationē, licitū est. Sed mřimoniū beatæ Virginis & Ioseph fuit huiusmodi: ergo licitū omnino. Idem enim dicendum est de voto sancti Ioseph, vt in superioribus patuit. De multiplici vero cōuenientia in sequentibus latius disputabitur.

¶ Tertia propositio. Matrimoniū pręfatum non indiguit aliqua excusatione sicut alia.

¶ Pro notitia clariori huius ꝓpōnis, notato duo ex doctrina. s. Thomæ in. 4. di. 31. Primū est ꝙ matrimonium ꝑpter iacturā quā patit᷑ homo, indiget aliquib⁹ bonis excusantibus illud. Nam in matrimonio patitur iacturā rationis. Tum ꝑpter vehementiā delectationis, qua absorbet᷑ ratio. Tum ꝑpter tribulationē carnis, quā cōiugatos oportet sustinere ex solicitudine tēporalium. Sunt autē bona, proles, fides, & sacramētū. Secundū est ꝙ per predicta bona excusatur matrimoniū a peccato, & non sine illis. Dicitur vero hic excusari, quia faciūt actū bonū. Nam ipsum constituūt non solū bonū bonitate virtutis inq̄tum cōstituūt eum in medio: sed etiā sanctū pp indiuisibilitatē cōiunctiōis significantē cōiūctionē Christi ad ecclesiā. Illis autē remotis, matrimonii actus semp est aliquod peccatū. His p̄missis probatur ꝓpō. Cessante causa, cessat effect⁹ causę adequat⁹. Sed causa

Mřimoniū eget bōis excusantibus.

quare habeat matrimoniũ, aliqua bona ipſum excuſantia, nõ fuit in matrimonio beatę Marię & ſancti Ioſeph cum neuter aliquã iacturã ex illo matrimonio reportauerit, ſed poti⁹ magnũ bonũ: ergo nõ oportuit ꝙ haberet aliqua bona excuſantia & recõpenſantia damnum.

¶ Quarta ꝓpoſitio ẽ. Beata Virgo poſt deſpõſationẽ traducta fuit a Ioſeph ãte celebrationẽ ſolẽnẽ nuptiaꝝ. ¶ Hanc tenet. s. Thomas in. 3. pte. q. 29. ar. 2. ad tertiũ: eſſe conſonam magis dictis Matthei euangeliſtæ, dicẽs. Sicut Chriſoſtomus dicit ſuper Mattheum. Beata Virgo ſic fuit deſpõſata Ioſeph, ꝙ etiã eſſet domi habita. Nã ſicut ea quę in domo viri concipit, intelligitur cõceptio naturalis; ſic in ea quę extra domum cõcipit eſt ſuſpecta coniunctio: & ita non eſſet ſufficienter prouiſum famæ beatæ Virginis per hoc, ꝙ fuit deſpõſata, niſi etiã fuiſſet domi habita. Vnde qd dicit, & nollet eã traducere, melius intelligit̃, ideſt nollet eã diffamare in publicũ, q̃ ꝙ intelligendum ſit de traductione in domũ. Vnde & Euangeliſta ſubdit, ꝙ voluit occulte dimittere eã: quãuis tamen eſſet domi habita, propter primam deſpõſationis fidem, nondum tamen interuenerat ſolemnis celebratio nuptiarũ, propter quod etiã nondũ carnaliter conuenerant. Vnde ſicut dicit Chriſoſtom⁹. Nõ dicit Euãgeliſta, anteq̃ duceret̃ in domũ ſpõſi, etenim intus erat in domo. Cõſuetudo. n. fuit veteribus, multotiens in domo deſponſatas habere: & ideo etiam Angelus dicit Ioſeph. Ne timeas accipere Mariam cõiugem tuam, ideſt non timeas nuptias eius ſolemniter celebrare: licet alii dicant, ꝙ nondum erat in domum inducta: ſed ſolum deſponſata. Primũ tñ magis conſonat euangelio. Hæc ille. Quãobrẽ beatus Hieronymus contra Heluidium dicẽs, Ioſeph Mariæ cuſtos potius fuit q̃ maritus

Consuetudo ueterum.

intellexit maritũ ab actu coniugali. Et item cũ ait. Super illud Matthei primo. Iacob genuit Ioseph virũ Marię. Cum virum audieris, suspitio tibi nõ subeat nuptiarum. Vocat enim nuptias concubitum nuptialem.

¶ Ex pdictis sequit matrimoniũ.s. Ioseph ac beatissimę semp Virginis, fuisse pfectũ, & q̃tũ ad essentiã & q̃tum ad tria bona. s. fidei, prolis, & sacramẽti: nõ aũt q̃tum ad secundã pfectionẽ, quę est eius opatio vt carualis copula.

Perfectio matrimonii b. Virginis & Ioseph.

¶ De dono cõueniẽtię cõnubii eiusdẽ. CAP. II.

DVplex cõueniẽtia in hoc cœlesti cõiugio animaduertẽda est. Prima qua decuit beatissimã Virginẽ despõsari. Altera qua alto Dei consilio Ioseph tradita est, & nõ alio viro, inter innumeras hominum turbas quę sub cœlo tunc erant, fuerãtq; ab orbe condito, aut erunt vsq; ad diem iudicii. Primam quidẽ conuenientiã declarat. s. Thomas in tertia parte. q.29. ar. primo. dicẽs. Cõueniẽs fuit Christũ de despõsata Virgine nasci. Tum ppter ipsum, tum pp matrem, tum etiã ppter nos. Propter ipsum quidẽ Christũ quadruplici rõne. Primo quidẽ nec ab infidelibus tanq̃ illegitime natus abiiceret. Vnde Ambrosius dicit sup Lucam. Qui in seculũ venit, seculi debuit morẽ describi. Viri aũt persona quęrit, qui in senatu & reliquis curiis ciuitatũ generis asserit dignitatẽ. Cõsuetudo ẽt nos instruit scripturarum, quæ semp viri originẽ q̃rit. Tertio ad tutellã pueri nati, ne diabolus cõtra eũ, vehemẽtius nocumẽta pcurasset. Et iõ Ignatius ait ipsam fuisse despõsatã, vt partus eius diabolo celaret. Quarto vt a Ioseph nutriret. Vnde & pater eius dictus est, quasi nutritius. Fuit ẽt cõueniẽs ex pte Virginis. Primo q̃dẽ quia p hoc reddit

Conueniẽs fuit Christũ d despõsata Virgine nasci multipl'r.

Ignatius

imunis a pena, ne. s. lapidaret a iudeis tanq̃ adultera: vt Hiero dicit. Secũdo per hoc, vt ab infamia liberaretur. Vnde dicit Ambrosius sup Lucã, ꝙ desponsata est, ne intemeratę virginitatis adureret infamia: cui grauis aluus, corruptelę videret insigne ꝑferre. Tertio vt ei a Ioseph ministeriũ exhiberet; vt Hieronymꝰ dicit. Ex partę etiã nostra hoc fuit cõueniẽs. Primo quidẽ, quia testimonio Ioseph, cõprobatũ est Christũ ex virgine natũ. Vnde Ambrosiꝰ dicit sup Lucã. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & delere iniuriã & vĩdicare opprobriũ, si nõ agnosceret sacrm. Scdo quia ipsa verba Virginis matris magis credibilia reddunt, suã virginitatẽ asserẽtis. Vnde Ambrosiꝰ dicit sup Lucam. Fides Marię, verbis magis asserit & mẽdacii causa remouet. Videret. n. culpam obũbrare uoluisse mẽdacio, inupta ꝑgnans. Causam aũt mẽtiendi, desponsata nõ habuit, cum cõiugii ꝑmiũ & gratia nuptiarũ, partus sit fœmina. Quę quidẽ duo ptinent, ad firmitatẽ fidei nostrę. Tertio ut tolleret excusatio virginibus, qui pp suã icautellã nõ uitãt infamiã. Vnde Ambrosius dicit. Non decuit uirginibꝰ sinistra opinione viuẽtibus velamen circũcisiõis relinq, ꝙ ĩfamata mater quoq; Dñi uideret. Quarto, quia p hoc signat uniuersa ecclia, q̃ cũ Virgo sit despõsata uni uiro Christo: ut Aug. dicit ĩ libro de. s. uirginitate. Põt etiam & quinta rõ esse: quia ꝙ mater fuit desponsata & Virgo in persona ipsius & uirginitas & matrimonium honoratur contra hereticos, alteri horum detrahentes. Hæc. s. Thomas.

¶ At secunda conuenientia fuit

- Propter familiæ nobilitatem.
- Propter sancti Ioseph puritatem.
- Propter virtutũ eiꝰ sublimitatẽ. Et pp Angeloꝝ fami

liaritatẽ. Fuit Ioseph ḋ ſtirpe nobiliſſima Abraę, ac Dauid, quibus facta eſt repromiſſio Chriſti naſcituri. Nõ fuit autẽ inuentus ſimilis Ioſeph in filiis eorũ, qui fuerant p̄ſtãtiores cæteris hominibus mundi. Quod ex eo patet: quoniã ſpũſſanctus diuinarũ illos ſcripturarũ teſtimonio cõſecrauit; eorũ mores, nobis in exẽplum p̄ponens. Non etiã conueniebat, ut Abraã tali coniugio donaretur, qui plures uxores accepit. Ideo uidit Abraã tantũ diem Chriſti uidit & gauiſus eſt. Ioſeph uero nõ in ſpiritu ſolũ, ſed oculis carnis, uidit dies, ãnos, & ætates Chriſti, & amplius q̃ Abraã, gauiſus creditur. Idem de cæteris patribus dicendũ eſt vſq; ad aduẽtũ Chriſti. Ipſi enim aut humanũ ſanguinem fuderũt: ut Moyſes & Dauid: aut diuites nimis extiterũt, ut Iſaac, Iacob, ac reges Iſrael: aut uirginitatis uotum non cõceperunt. Et ſic Ioſeph comparati in puritate, defecerunt. Tempore uero Saluatoris fuere Ioannes baptiſta & Euangeliſta: ſed ſi merita fuerint æqualia, quod ambigitur, contẽporalitas atq; conſanguinitas idem impediere. Inter uiros igitur coętaneos, beatiſſimæ ſolus Ioſeph inuentus eſt, Deo iudice cuiꝰ nobilitas iũcta puritati ac uirtutũ ſublimitati foret. Quibus fauebat Angelorũ familiaritas, qui cõueniret deſpõſationi beatiſſimę Virginis.

¶ Fuit quoq; cõueniẽs ex p̄te noſtri, vt ſanctus Ioſeph tantæ iungeret̃ cõiugi. Ne homines paup̄tate aut exercitii vilitate ſpernamꝰ. Quia ſępenumero, Deo chariores exiſtũt. Et ab Angelis magis magiſq; diliguntur. Paupiores ſemp numero Deo chariores.

¶ Adhuc vt alias eẽ electiões Dei, alias hoĩm cognoſcamus. Deꝰ.n. cõtẽptibilia mũdi i magnis eligit negociis: vt dr̃ p̄mę ad Cor. p̄mo. Hoĩes vero ſatrapas & optĩates ¶ Item, vt Deo placere ſtudentes moribus interioribus, præcipue coram Deo & Angelis, clareſcere ſataga-

mus opinione hominum relicta. Ceu diui Ioseph san-
ctis erudimur exemplis.
Preterea. Vt virginitatis liliũ in virili sexu, a Deo cõ-
secratum, & ab Angelis intelligamus.
Itidem. Vt ex modo viuendi diui Ioseph ad angelicã
familiaritatem ascendere discamus.
Ad hec. Vt secreta Dei nobis mortalib⁹ ĩscrutabilia,
missa faciam⁹. Distãt.n.cogitatões Dei atq; eius cõsilia
a cogitatiõib⁹ hominũ, amplius q̃ distet cœlum a terra.

De dono ætatis sancti Ioseph, tempore desponsatio
nis beatæ Marie. CAP. III.


Vestio est inter plurimos diuini Ioseph vene
ratores. An Ioseph tẽpore despõsationis bea
te Virginis fuerit ætatis iuuenilis, vel senilis.
Cũq; taceant hoc, diuinæ littere, ad ingeniũ recurrunt,
quidam & probare nituntur, Ioseph fuisse iuuenẽ. Ar-
guunt vero sic. Sponsam sponso decet esse coeuã. Sed
beata Virgo fuit tũc iunior. Credibile igitur est Ioseph
tunc fuisse iuuenem.

Arguitꝫ fuerit iuuenis: primo.

Secũdo. Præterea, Desponsata fuit beata Virgo; vt sacramẽ
tum filii Dei occultaretur. Et per consequens ab homi-
nibus putaretur filius Ioseph: ergo illius saltem ætatis
fuit, que est apta ad generationem. Ea vero minime est
ætas senilis: igitur fuit iuuenis.

Tertio. Præterea, Ioseph elect⁹ fuit a Deo ĩ tali ætate in qua
posset beatissime Virgini deseruire ac Christo infanti,
eũdo ad lõginquas regiões & ibi victũ & cetera necessa
ria ꝑpriis laborib⁹ ꝑprioq; ingenio ꝑ se ac beata Virgi
ne acquirẽdo. Sed ad hæc iuuenilis ætas cõueniebat, &
non senilis. Iuuenis ergo tunc fuit Ioseph.

¶Præterea. Hoc dicit glosa sup illud Esaię. 62. Habitabit iuuenis cū Virgine. Nam ait idest Ioseph cū Maria. Illam vero glosam sequunť oēs fere diuinarū litterarum interp̄tes. Igitur sanctus Ioseph tūc fuit iuuenis. Quarto

¶In oppositū est cōsuetudo ecclesiæ ostendentis effigiem sancti Ioseph sub forma senis. Et talis cōsuetudo videtur ab antiquis patribus ad nos vsq; profluxisse.

¶Confirmatur. Quoniā nōnulli sancti Doctores vocant ipsum senem: vt sanctus Vincētius ordinis nostri p̄dicatorū in suis sermonibus de natiuitate Dñi. Idem supponit dñs Albertus magnus sup missus est, cap. 39. ergo sanctus Ioseph tunc fuit senex.

¶Respōdeo. Circa hui⁹ qōnis solutionē, cū in textu diuinarū litterarū nihil habeamus, duo sunt facienda. Primo quędam p̄ponenda. Secundo respondēdum est questioni directe ipsamq; rationibus obfirmandam.

¶Circa primū aduertito, nomen senectutis vel iuuentutis, qualitatē animalis significare cum tēpore. Tēpus vero de numero est relatiuoꝝ. Relatiuorū vero, quędā dicunť absolute talia: quędā in cōparatione sicut magnū & paruū. Granū. n. frumēti magnū dicetur in cōparatione ad granū milii: & paruū in cōparatione montis: vt dicit Phs in p̄dicamtis. caplo de ad aliqd. Dico itaq; aliquē hominē nōnunq̄ dici senem absolute: puta quia est in ætate senili: nōnunq̄ in cōparatione: vtputa si cōparetur vir quadraginta annoꝝ puero. Et hoc habet cōmunis cōsuetudo loquēdi apud homines, quę potissimum in significatis vocum attendiť. Nam teste Phō loquendū, vt plures; sapiendū vero vt pauciores.

De nomib⁹ iuuentutis et senectutis.

Senex dr̄ aliqs dupliciter.

¶Aduertendum secundo, proprium esse diuinarū litterarum sub vna voce, plura etiā litteraľr significare: vt dicit beatus Augustinus. 11. Cōfessionum. Et ideo vbi

Sub una uoce diuinarum litterarũ sunt plures sensus litterales.

sensus litteralis alicuius dubii sub vna dictiõe multa significãte haberi põt, ille sequẽdus est si sit rationabilis. Exempli gratia. Dubitatur, An Angeli sint cõditi ante mundum sensibilem? Et respõdetur ꝙ non, scriptura dicente. In principio creauit Deus cœlum & terram. Exponitur.n.in principio, in filio, in tẽporis initio & ante oĩa. Ideo ꝑ illã dictionẽ in pricipio multiplicẽ, possumus sequi rõnabile respõsum ad prefatũ quesitũ.

Triplex opĩo circa etatẽ san. Ioseph.

¶ Prenotãdũ tertio triplicẽ esse opinionẽ circa ætatẽ sancti Ioseph, quando Beatissimam desponsauit Virginem. Quidam.n. ipsum asserunt fuisse iuuenẽ, formosum, & omni virtute conspicuũ. Quidã vero senẽ barbatũ, & aliquo modo deformẽ: & horũ sunt ratiões pre adductæ. Tertiam ac mediã viã tenẽt nõnulli, affirmãtes ipsum iuuẽtutẽ tũc supauisse, & ad ætatẽ virilẽ peruenisse, fortem viribus & corpe decorũ, veluti ætati cõuenit virili. Et hanc opinionẽ me sequi delectat: quoniam conformis est modo loquẽdi sacræ scripture, rõnabilis valde & verisimilis, ac cæteras nõ despiciẽs opiniões erudite rñdẽs eaꝝ obiectis, & quoquo mõ eas saluãs. Diuine nẽpe littere virũ Marie Ioseph vocãt, vt illius ætas designetur: vt coniugiũ cõfirmetur: vt virtutis excellẽtia cõmendetur. Vir enim a virilitate dicit᷑. More itaqꝫ cõsueto apud sacras litteras, quinĩmo illis ꝓprio nomine viri tria illa significata fuerũt. Nec te moueat, ꝙ doctor qdã asserat nomen viri, nõ ætatẽ, sed virtutẽ significare. Nã verũ est, si tantũ addideris. Non.n. sola ætas signat᷑, sed simul coniugii officiũ ac virtutũ prestãtia, vnico exprimunt᷑ nomine. Est quoqꝫ hæc opinio ratiõabilis. Nam consilium iuris est, si dubitetur de quãtitate numeri, ꝙ equaliter ius & iudex debeant mediũ numerũ determinare. Verbi gratia. Si dubitetur, vtrũ quis teneatur ali-

Laudat᷑ opĩo tertia.

Qꝫ sit rationabilis.

cui dare viginti vel triginta, iu dex faciat solui medium. A simili. Dubitatur, an tēpore desponsationis beatissimæ Virginis, sanctus Ioseph fuerit iuuenis vel senex: accipienda est media ætas quę est virilis. Vir ergo erat & a sacris litteris vir semper appellatus. Q̃ erat uirilę ętatis.

¶ Præterea Ioseph tunc illius erat ætatis, qua grauitate, prudētia, ac fortitudine viguit: ꝓsertim apud hoīum opinionē. Sed hęc est sola virilitas: ergo vir tunc erat. Pria rō. Secūda

¶ Itidē. Ætas virilis cōueniebat ætati beatę Virginis, vt scilicet maritus eius esset vir. Cuius pudorē intantū dilexit Dn̄s, vt maluerit quosdam de eiꝰ ortu dubitare, q̄ de sue matris pudore honestissimo. Ioseph igr̃ tūc vir fuit. Tertia.

¶ Adhuc. Iter illius ad Ægyptum, mora p septē annos quā illic traxit, regressus eiusdē, labores quos ptulit in educatione Saluatoris ac custodia matris Virginis: arguunt illius ætatem verisimiliter fuisse virilem. Quarta

¶ Adhęc. Quid putas dixissent Ægyptii, si vidissent iuuenem formosum, deducentem tantæ virginis maiestatem. Cū ꝓsertim populus Ægypti, odio semp ingēti ꝓsequutꝰ fuerit hębreos? Vt igitur quieti beatissimæ Virginis educātis Deum infantē, summa ꝓuideret̃ exultatione ac reuerētia, datus est sibi vir a Deo, illius ætatis, qua potius Ægyptii eū venerari q̄ illi detrahere cogerēt̃ Hæc vero est ætas virilis. Iuuenē enim malis ꝓsequuti fuissent verbis: senem vero derisissent. Electa igitur fuit ætas cōueniens, ætas media quę est virilis. Neq; in hac materia, recurrendū est semp ad ea, quę Deus facere potuit, aut Angeli beati, qui specialissima cura aderāt Saluatori. Nā vt dicit. s. Thomas in tertio cōtra gē. cap. 90. Omnia quę agit Deus, ex ordine diuinę ꝓuidētiæ agit. In prouidentia vero sunt duo. s. excogitatio ordinis, & executio. Executio vero eoꝝ quę ptinēt ad hoies, fit per Quinta Modus ordīs diuinę ꝓuidentie.

Angelos illuminādo & p hoīes exteri⁹ opando. Nō ē igit̄ ad miracula recurrēdū, nisi in extremis articulis.

Illa ppō sponsus &c. itelligēda ē cum grano salis.

¶ Quocirca respōdetur ad primū: si sensus assumptæ ppositionis accipit̄ pcise, sequit̄ q̄ sanctus Ioseph debuerit esse puer, cū beata Virgo fuerit tunc quasi puella. Intelligēda est ergo cū grano salis vt sponsus spōsæ sit coęuus, quando aspectu, ætate, amicitia & hoīum opinione cōueniunt. Ætate quidem non parili s̄m annorum numerum, sed s̄m decentiā sexuum, quę fuerunt in hoc sanctissimo matrimonio. Adde, illa vnūquēq; decere q̄ Deus iubet cōmuni vel singulari pcepto. Matrimoniū vero hoc diuino iussu est institutum.

Decēt q̄ deus iubet.

¶ Ad secundū respondendo cōcedit̄ prima cōsequētia: sed negat̄ secunda ppter ratiōes prę adductas.

¶ Ad tertiū dicēdū, q̄ licet ætas iuuenilis fortior sit ad labores, plęrūq; tn̄ ætas virilis durabilior existit, iam sanitate a viro acqsita p modū habitus, q est de difficilis mobilis. Ideo decebat sanctum Ioseph eē ætatis virilis. Nam per multos annos grandia sufferre debebat.

¶ Ad quartū dicendū q̄ .s. Ioseph fuit iuuenis florida ætate, nō annorū paucitate. Secundo dico q̄ ille sensus est mysticus, a quo solo nō sumit̄ efficax argumētū: vt dicunt .s. Augusti. & .b. Thomas. Tertio dicitur q̄ exēplum adductū de Ioseph & beata Virgine, nō tenet: nisi q̄tum ad cohabitationē, quā Prophęta ibidē pręnūciat. Sufficit autē ad omnia exempla verificari q̄tum ad aliquid. Non .n. opus est, vt verificentur quo ad omnia.

¶ Ad rationem in oppositum, dicitur q̄ ætas virilis cū sit media inter iuuentutem & senectutem, participat vtriusq; extremi conditiones & denominationes. Ideo diuus Ioseph & senex & iuuenis dici potuit. Senex qdē in comparatione ad beatam Virginem, quę puella erat

diuini licet, modici tamen aspectus. Ioseph autem barbatus & venerabilis aspectus, tunc fuit. Iuuenis etiã dici potuit propter eius formositatem: sanitatem: fortitudinem: atq; assiduum laborem. Per quę pręclaroꝝ virorũ dicta venerabiliter sustinentur.

Ioseph tũc iuuenis dici potuit.

¶ De donis admirabiliũ virtutũ cognitaꝝ in. s. Ioseph pp cõiugiũ beatissimę Virginis. CAP. V.



Ibet nũc ex dictis ĩ supioribus capitib⁹, elicere admirabiles virtutes sancti Ioseph. Prima qm̃ s. Ioseph fuit legitimę natiuitatis Christi tutor, legitmã vero natiuitatẽ eius ab æterno patre, angeli beati soli cognoscebãt & tuebant̃. Ioseph vero, ex matre tẽporali ortus legitimi, scutũ fuit. Quãta auctoritate apud Deũ & angelos effulsisse sanctũ Ioseph, credendum est, q altissimi mysterii scutũ fuit inexpugnabile.

Pría uirtus sancti Ioseph qa fuit Dei tutor.

¶ Secũda est. Quia fuit Christi pueri cõtra insidias diaboli & astutias defensor. Magna ꝑfecto erat & mortalibus inexplicabilis virtus, Ioseph vis quę vehemẽtiora diaboli nocumẽta, superare poterat. Nõ est potestas super terram, quę Diaboli potestati comparari queat, nec astutia, nec dolus, quę cuncta aduersus Christum puerum, quanta potuit malignitate exercere studiuit. Cui incognitas Ioseph virtutes, Deus omnipotens opposuit. Quã fortis, q̃ excelsus, quantaq; fulgebat prudentia Ioseph, qui aduersus fortissimũ, callidissimũ, ac nequissimũ Diabolũ filiũ Dei infantẽ ac puerum, protexit & defendit. Hic quoq;, matris Virginis pudorem tutatus est, tanta fide & sapientia, vt etiã intellectũ Angelicũ diaboli obtenebrauerit. Oppssa. n. fuit mẽs Diaboli a maiestate prudẽtię Ioseph. Hęc quidẽ tutella pu-

Figurę tutellę Saluatoris.

doris virginalis figurata fuit in Abraã, descendente in Ægyptũ & Saray pudorem sapientissimis verbis tutantem aduersus Pharaonẽ: vt habet̃ Geñ.12. Tutella itidẽ Christi figurata fuit in eodẽ Abraã reducente Loth & vniuersam eius substantiã, de manu quattuor Regum qui eum captiuũ ducebant. Ibidẽ cap.13. Exercit⁹ enim Regũ est vniuersa turba demonũ. Loth est Christus. Vniuersa familia eius, humana est natura. Ipse omniũ est primogenitus, a Deo cõstitutus, qui humana carne indutus videbatur esse captiuus: sed Abraam qui recte Ioseph exprimit, numeratis expeditis vernaculis virtutum suarum, Christum tutatus est: quę defensio in vniuersum genus humanum redundauit.


¶ Tertia est, qa ipse filii Dei fuit nutritor. Vide quãtę latebãt in sanctissimo Ioseph virtutes, quibus filium Dei educaret, aleret & vestiret. Ad varia enim animãtium genera alenda atq; educãda, omnium corporum cœlestiũ vis cõcurrit, quas ab Angelis orbium motoribus accipiunt. Ioseph autem verbi Dei per quod cœlestes orbes & Angeli conditi sunt & in esse conseruentur, enutriuit & aluit. Ioseph profecto plusq̃ Ioas fuit, ac in eo pręfiguratus est: Qui Ioas infantem clam nutriuit, & aluit, ac Regem Israel tandem constituit: vt habetur quarti Regum.11.

¶ Quarta excellẽtia virtutum cognitarũ in.s. Ioseph, pp cõiugiũ cũ beata Virgine, est; quia ipse fuit Christi ex virgine nati vnic⁹ testis & hoc munere sanctos ęquauit spiritus, qui testes & nuncii sunt ac reuelatores mysteriorum Dei: vnde angeli vocant̃. Corporũ cœlestiũ lingua loquutus est, de qbus in psal. dicit̃. Cœli enarrãt gloriã Dei & opera manuũ eius annũciat firmamẽtum. Sacrarũ quoq; litterarũ emerita dignitate donatus est;

Sacrę enim litterę, testimoniũ domini vocant.psal.18. Testimonium domini fidele, sapiẽtiã pręstãs paruulis. Fidelis nimiũ nimiũq; Ioseph, cuius vnica testificatio satis Deo ac Angelis faciebat: cui etiam vniuersæ nationes, quę sub cœlo sunt, merito assentire debent, Domino sermonẽ confirmante sequentibus signis.

¶ Itidem in hoc sancto coniugio ipse Ioseph diuinus typum gessit filii Dei virginis ecclesię sponsi perpetui. Veneramur quidẽ Petrũ ac eius successores: quia vices Christi in terris gerunt, aut gesserunt: pari veneratione honorãdus est sanctus Ioseph, q Christi maximi figura fuit, & vices eius gessit. Deniq; o vos cõiugati, qui in mũdo versantes, carnis tribulationes sustinetis, sanctus Ioseph, vester est patronus aduersus hereticos, vos defendẽs, statũ vestrũ protegẽs, & viam salutis vos nõ deserere afferẽs, ꝑpter matrimonii sacramentũ, aut etiam carnis infirmitates, quę vos plerũq; a rerum spiritualiũ exercitiis separant. Pauca licet ego, loquar, magna tamen sentio de.s.Ioseph. Syllogizatur mens mea, a pręmissis magnis, ad maiora, quę balbutiẽdo explicare satago. Ingenio elegãti, acutissimo intellectu, ac mẽte solertissima, illuminatione angelica, peculiari⁹ suffragãte ac diuina gratia singularissimũ ꝑbente lumen, hac in re opus esset, quę mihi vobisq; hæc nostra legentib⁹, optamus. Talibus enim diuina munera sancti Ioseph, intelligere posse solũmodo mortales crediderim. San. Ioseph patron⁹ cõiugatoꝝ

¶ De dono pręstantissimæ Iustitiæ. CAP. V.



Cripturus de dono ꝑstantissimæ iustitiæ.s.Ioseph, ꝑter ea quę breuius dicta in supiorib⁹ fuere, tria in mediũ afferã. Primũ erit cur.s.Ioseph Diuisio capitis.

vocetur iustus. Secundo declarabit᷑, ꝙ illius iustitia prę stantior fuerit q̃ iustitia patrum veteris testaméti. Tertio obiecta quędam adducam & soluam.

¶ Circa primũ.s. Ioseph vocari iustum attendito propter omnium virtutũ perfectã possessionẽ, vt ait beatus Hieronymus. & pp supremã fidei de Christo venturo deuotionẽ, teste glosa sñiam.b. Hieronymi, confirmat magnus Doctor Albertus, super missus est. cap. 46. in hæc verba dicens. Fuit ergo Ioseph vir per constantiã fidelitatis, q̃tum ad iustitiam pertinet; & per virtutẽ castitatis, q̃tum ad temperantiã; & per excellentiam discretionis, q̃tum ad prudentiam; ac per strenuitatẽ operationis, q̃tum ad fortitudinẽ. Et sic in viro notatur excellentia quattuor virtutũ. In capl'o quoq; sequẽti idem Doctor Magnus, reddẽs rationẽ illius dicti, cui nomẽ erat Ioseph, ait. Vt iustus apud Deũ mõstretur (.s. Ioseph) cuius nomen tanq̃ in libro vitæ scriptum in euangelio tam signanter exprimitur, vt notus hominibus intelligatur, qui testis virginitatis beatissimæ Virgini adhibetur. Vt nomen eius digne in memoriã hoĩm vertat᷑, qui in patrẽ Dei assumit᷑ putatiuũ. Hęc Albertus magnus.

Magnus Doctor.

¶ Circa secũdũ probatur multipl'r. Iustitiam Ioseph, p̃stantiorẽ fuisse iustitia patrũ veteris testamenti.

¶ Primo quidẽ Noe Abraã & Isaac pręcipui fuere iustitia inter patres veteres. Sed hi fuerunt figura Ioseph: ergo Ioseph figuratus, p̃stantior erit iustitia.

¶ Præterea Abel dictus est, quia eius sacrificium respexit Deus, & quia simplex, vt habetur Ge. quarto. Et vt ait beatus August. in primo de Ciui. Dei: in eo exordiũ accepit ciuitas Dei. Sed Deus nõ accepta sibi munera Ioseph ostẽdit: sed etiã domũ, verba, actus, mores, simplicitatem, prudẽtiam, excercitiũq; eius manuale, domum

ei⁹ sibi hitatione dligēs & se ei⁹ filiū putari nō effugiēs.
¶ Itidem Diuus Ioseph terminus fuit omnium patrum iustorum veteris instrumēti, primusq; inter patres noui. Ergo illius iustitia cēsenda est percelluisse iustitiam patrum veteris instrumenti.
¶ Praeterea. Cherubin custodit diuino pręcepto paradisum terrestrem & lignū uitæ: ut habet Ge.3. ne hominum quispiam ingrediat: pręcipue Adam, ac ex eo nati. Sed in figurato per paradisum terrestrē. s. beatā Virginem: ac per lignum uitæ. s. Christum Ioseph custodiuit Deo instituēte. Ergo iustitia eius apud Deū clarior fuit inuenta q̃ iustitia patrum antiquorum.
¶ Adhuc uirginitas homines angelis pares efficit. Sed Ioseph virgo inter patres ueteris testamenti reperitur. Quibus etiam pro humana fragilitate proq; multiplicādo populo Dei, concessa fuit pluralitas uxorum. Ergo sancti Ioseph iustitia excellentior.
¶ Pręterea, Antiquis patribus Deus p̄cepit. Ioseph vero idē subiectus Deus obtempauit. Luce.2. Et erat subditus illis. Ioseph ergo iustitia incōparabiliter superior.
¶ Itidem. Qui laudant patres veteres a sacris codicib⁹ ipsi pariter in aliquibus defecisse describuntur: vt patet in Noe bibente vinum: in Abraā descendente in Ægyptum cum Sara vxore, quā rogauit vt diceret se esse vxorem, & bene sibi esset in domo Pharaonis propter eam. Gen.12. In Loth quoq; ebrio: & in multis aliis patribus ab sacris litteris laudatis. Ioseph vero iustus ab euangelio prędicatur, & in nullo defecisse describitur. Ergo iustitia illius illustrior.
¶ Adhuc, Ioseph ab Angelis in cunctis admonitus & directus legit: quo munere, patribus veteris testamenti ęqualis credit. Cui si addideris Ioseph inocētiā, humi-

litatē, pauptatē, putatiuā filii Dei pṙnitatē ac beatissimę Virginis sanctæ despōsationis dignitatē fateberis, pdi cabis: ac certo certi⁹ affirmabis sancto Ioseph nō esse inuētū similē inter pṙes veteres, qui ꝯseruaret legē excelsi.

¶ Circa tertiū obiicitur multiplr contra iustitiā sancti Ioseph & absolute acceptam & in comparatione.

¶ Absolute quidē. Quoniam in hoc, ꝙ cogitauit Mariā dimittere occulte: aut fuit crudelis: aut iniustus. Crudelis quidē: quoniā si innocentē cogitauit, cur dimittere cōcepit? Iniustus vero quoniā egit cōtra bonū publicū, qđ semp ꝑponēdū est pticulari. Nā si nocētem cognouit, cur iustitiā publicam obseruare nō cogitauit.

¶ Pręterea. Stante expositiōe pfatæ cogitationis, q̄ pietas, quis amor fuit tantæ sanctitudinis Virginē dimittere? Pietas vero & amor iustitiæ semp cōiungunt. Nō ergo iustus videtur in hoc casu dicendus.

¶ Ad primū horū rn̄detur. Si virginē innocentē Ioseph credidit, ex magna humilitate sua, ꝓuenit ꝙ eā cogitauit dimittere nolens tantæ sanctitati cohabitare: firmiter quoq; tunc arbitrari potuit Ioseph, Deū Virgini beatissimę de custode pfectiori ꝓuisurū. Et hoc actu euenisse mirūinmodū rōnabile est. Vbi etiā ipsam adulterā suspicatus fuisset, nō cogebat a lege eam ꝓpalare: sed hoc illi cōcedebatur siue permittebatur. Poterat vero ad hoc moueri, ꝙ Virginē pœniteret: & illud p cōsequens in detrimentum boni publici minime cederet.

¶ Ad secundū dicendū ꝙ Virginē actu nō affectu relinquebat. Ideo pietas & amor in sancto Ioseph p totū illius altissimę cogitatiōis decursum perseuerauerunt.

¶ De dono sancti Ioseph, quo īterfuit visitatiōi beatę Virginis & Helisabeth. CAP. VI.

Vamuis neminē affuisse, visitatiōi beatissimæ Virginis & Helisabeth diuinę referant litterę: nullus tamen est sanæ mentis, catholiciq; ingenii, qui Mariā virginē tenerę ętatis, solam domo recessisse asseueraret. Credūt.n.a Nazareth vsq; ad opidū Zacharię, esse fere quadraginta miliaria. Ratio itaq;, officiūq; sancti Ioseph atq; auctoritas, nos credere cogūt, visitationi sanctę Marię & Helisabeth, eundē interfuisse. Non enim ratio recta cōsentit, Ioseph quauis occasione, sponsam diuinitus acceptam dereliquisse; ac passum fuisse Virginē tantā, sine se longum iter subire. Nazareth distat ab opido Zacharię quadragita milibus.

¶ Amplius. Ioseph ad hoc rōnabilr cogebatur, vt pro noua affinitate, nouis cōgratularetur affinibus, cū pręcipue nobiles essent, & magnæ apud iudeos opinionis, Zacharias & Helisabeth. Opinabant.n.hoīes eos esse iugales magnarū virtutū: eratq; sacerdos Zacharias. Secūda ratio.

¶ Adhuc. Ioseph nouerat (vt rōnabiliter creditur) senem Helisabeth grauidā. Erat vero conceptus ille insuetus ac pene miraculosus. Vt ergo gaudio gaudiū iungeretur, videre tunc voluit Helisabeth. Tertia ratio.

¶ Itidem. Rationabiliter creditur Zachariā, mutum effectū, ꝑpter incredulitatē suam, raro vel nunq̄ domū exiuisse, vsq; ad natiuitatē ꝑcursoris filii. Et hoc Ioseph non ignorauisse quoq;, rationabile est. Vt igitur ex noua despōsatione Virginis senem lętificaret solareturq;, voluit Virginem beatissimam associare. Quarta ratio.

¶ Adhęc. Officium ac coniugiū Ioseph, erga beatam Virginē, cogūt nos idē asserere. Officiū quidē, quoniā a Deo institut⁹ fuit tutor ac ministrator beatissimę Virginis. Quod licet magis magisq; cognouisse sanctū Ioseph nō ambigamus, post primā apparitionē Angelicā, suggerēte tñ diuio spiritu, Virginē nō derelinq̄bat. Quinta ratio.

Non ergo nouus gubernator, in tam longo itinere spō sam sibi creditam dereliquit.

Probatᷣ etiā intē tū aucto ritate.

¶ Hoc idem sancti Bonauētur æ in libro de vita Christi, auctoritate cōprobatur. O qualis ait domus, qualis camera, qualis lectus; in qua, & in quo cōmoranᷣ & requiescunt tales matres, talibus filiis fœcundatę; Maria & Helisabeth, Iesus & Ioānes. Sunt aūt ibi magnifici senes, Ioseph & Zacharias. Quid quęso iucūditatis defuit sancto Ioseph, siue dū nouā cōiugem in itinere comitatᷣ, siue dū in obseqo Helisabeth demoratᷣ. Hęc ille. ¶ Quādo Ioseph audiuit vocē Helisabeth dicētis. Vñ hoc mihi, vt veniatᷣ mater Dñi mei ad me: nonne nouis affectum gaudiis illum credere fas est? Quocirca in cognatæ verbis, vehemēter obstupuit. Inter admirandum vero animus eius ad altissima dogmata intelligēda voce Virginis spōsæ suæ euocatᷣ exordientis. Magnificat aīa mea dñm. Quæ nō satis mente attingēs clariori, cū Zacharia sene solatiū quantū cū muto dabatᷣ ingens, percępit. Cū itaq; audis, sancto euangelio pdicāte. Exurgēs Maria abiit in mōtana: intellige Ioseph spōso comite.

Solatiū Ioseph cum Zacharia.

¶ De dono prudētissimę atq; altissimę cogitationis. CAP. VII.

DEscripturus Euāgelista Mattheus prudētissimæ cogitationis Ioseph solertiā atq; acumē, ait. Cū esset desponsata Maria mater Iesu, Ioseph anteq̄ cōuenirēt, inuēta est in vtero habēs de spiritu sancto. Ioseph aūt vir eius, cum esset iustus & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eā. Hęc autē eo cogitāte: & reliqua. Hāc vero altissimā cogitationē Doctores plurimi ingenio, prudētia, doctrinaq; clarissimi adhuc clarā nō satis suphabuissę constat. Quod aperte

liquet, si varias eorum snias cõsyderauerimus. Quocirca animaduertẽdũ est, q vbi Maria ab obseqo Helisabeth post tres mẽses recessit, cũ esset puella tenerę ætatis, apparuit vẽter eius tumidior, aptissime grauidã illam esse indicãs. Quod vbi Ioseph clare dignouit, vehemẽter admirãs, in subtilẽ nimis incidit cogitationẽ. Hanc Ambrosius asserit eẽ: qm suspicat⁹ est Ioseph Mariã adulterasse. Dicũt aũt quidã, q huic opinioni sanct⁹ Thomas fauere vr in tertia parte. q. 29. arti. scdo ad tertiũ. Quod mihi nullo modo appet. Nam ex quib⁹ verbis eius hoc eliciã, exploratum non habeo. ¶ At Origenes & Remigius dicunt Ioseph in ea cogitatione declinasse ad aliã partẽ. Sciens nẽpe, Christũ de Virgine nasciturũ, & Mariam de semine Dauid magnæq sanctitatis & innocentiæ, credidit illam fore. Ideoq indignũ se putauit eius cohabitatiõe. Vnde nolebat eam traducere, ne cogeretur secum habitare: quod vt vere humilis, omnino refugiebat. Quidam vero dicunt, vt. b. Hieronymus, cogitationẽ sancti Ioseph fuisse ambiguã. Hinc idem beat⁹ inqt Hieronymus. Hoc testimoniũ maximũ est, q Ioseph sciens eius castitatẽ, & admirans qd euenerat, celat silẽtio, cuius mysteriũ nesciebat. Sequẽdo vero hãc opinionẽ, vt ait sanctus Thomas in quarto di. 30. q. 2. ar. 2. ad vltimum. Sanctus Ioseph cogitauit ex humilitate, nolle cohabitare tantæ sanctitati; & ex pietate nolebat eam traducere, idest publice diffamare: vt idem dicit in tertia parte. Angelus vero apparẽs iussit, Ioseph non timere contra illam humilitatẽ. Et dixit conceptionẽ fuisse sanctam aduersus suspitionem.

Expõ. s. Ambro.

Exposi/tio Ori/genis & Remigii

Expõ. b. Hiero.

¶ Hæ sunt expositiões subtiles pclarissimorum virorũ, omni statui ɔueniẽtes. Carnales. n. cõiugati pmæ hęrẽtẽt expõni: qa iuxta Phm: qualis vnusqsq est, talia cogi

Tres pfa te expõ/nes trib⁹ statibus hominũ ɔueniũt.

tat & talia iudicat. Casti vero & inocētes, qui virginitatē suā simplici cōuersatiōe in cōspectu seruāt, secūde opinioni faciliter assentiūt. Norūt enim, quāta humilitate, vestigia Dei deābulātis in pomerio mētiū suarū imitēt: nō alta sapiētes, sed humilib⁹ cōsentiētes. Tertiā aūt opinionē prudentes & arbitri ęqtatis, statim sequunt. Medium.n. locū semp virtuti ascribūt & ęqtati. Quiescūt itidem in medio cōtingētes siue probabiles rōnes.

In p̄mo tu cogitationis nō ē peccatum.

¶ Verū in sublimi hac cogitatiōe est p̄mū attēdere motū, qui nunq̄ ascribit crimini: qa nō est voluntarius: & a carne inchoat sępe, siue ab impfecto. Est quoq; cōsyderādus pgressus cogitatiōis. Vbi ratio exurgēs vires suas excitat, & p vtraq; parte militātes cōuocat rōnes, examinat, rimat, atq; attētissime ɔsyderat. Fitq; anceps animus in medio cogentiū armatarū rationū. At neq; hic peccatū cōperitur, sed meritū: quia cōsiliū est a sapiente pcedēs: nisi meritū ipsum aliqd aliud īpediat. Tandem declinat liber anim⁹, ad quā voluerit partē cōtradictionis; voluntatē inuitās, vt assentiat. Quod vbi euenerit iudiciū, illud piū vel impiū erit. Cum itaq; hæc cogitatio Ioseph altissima fuerit: arbitrandū nō est primo motu, examinatione, iudicioq; clarissimis caruisse. Possumus ergo dicere, primū huius eminētissimæ cogitationis motū, primā explicare opinionē, processum cogitationis vltimā, iudiciū vero mediā opinionē. Secundū igitur hoc iudiciū, intelligēda sunt verba Chrisostomi dicentis. O inestimabilis venter Mariæ virginis. Magis credebat Ioseph virginitati eius, & magis credebat Virginem posse cōcipere; q̄ Mariam posse peccare.

Neq; in pgressu ut sic.

Sed ī fine ul'meritum.

Applicatio triū opinionū ad tres ptes cogitatiōis

¶ Habuit vero oīs opinio viros sāctissimos & eruditissimos opinatores, vt omni parti hui⁹ cogitatiōis auctoritatē spūs sanctus afferret. Nullus quoq; sanctoꝝ, dece-

ptus creditur: sed quiq; singilatim explicāt ea, quæ omnibus ecclesiæ mēbris veris & viuis ꝑficerēt, cōsentirēt: & rōnabile videret͛, spūsancto persuadente, qui corpus ecclesiæ gubernat p modū gubernatoꝝ. Neq; doctor ille, qui primū explicauit motū sanctæ hui⁹ cogitatiōis, minus spiritualis credēdus est: quoniā īterꝑtatio sermonum, ad vtilitatē datur audientiū nō dicentiū. Inde imperfectiores hoīes scripturā acutius diuinā, nōnunq̄ interpretari videmus, teste etiā Propheta, qui ait. Et inimici eius terrā lingent. Et item. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meū per os tuum? Tu vero odisti disciplinā, & ꝓiecisti sermones meos retrorsum. Deniq; de hac cogitatōe, ait glosa. In quo notat͛ anim⁹ sapiētis, q nil temere vult incipe. Itē Chrisostom⁹. Notatur ēt māsuetudo Ioseph nulli enarrauit suspitionem suā, neq; ei q̄ suspecta erat, sed in se cogitabat. Hęc ille.

Glosa. Chrisostomus.

❡ De dono ꝑmæ apparitōis angelicæ. CAP. VIII.



Vattuor mōis sāctissimi spūs cœlestes, sua dona, Deo disponēte, nobis largiunt͛: illuminando. s. virtutes influēdo: mouēdo & apparēdo. Apparitio vero triplex est: p corpis assumptionē: p specierum sensibiliū in organis sensuū formationē: & per somnii visionē. De illuminatione, inqt. b. Dionysius, quarto capl'o cœlestis hierarchię. Cœlestes essentię intellectuales, ꝑmo in seipsis diuinā ędūt illuminatiōem: & in nos deferūt, q̄ supra nos sunt, manifestatiōes. De influxu ait. b. Gregorius, in quarto dialogorū. In hunc mūdū visibilē, nihil nisi per inuisibilē creaturā, disponi potest. Inde etiā, virtutes Dei vocāt͛. psalmus. Bn̄dicite domino oēs virtutes eius, ministri eius qui facitis volū-

De apparitiōe angelorū. De illuminatione. De influxu. Cur angeli dicātur uirtutes.

Demotu tatē eius. De motu, inqt. b. Augu. in tertio de trinitate. Queadmodū corpora grossiora & inferiora, p subtiliora & potētiora quodā ordine regunt: ita omnia corpa per spiritū vitæ rōnalis. Apparitio vero Angelorum, per assumptionē corporū, freqūs ē apud diuīas litteras, & notissima. De formis impssis in sensibus hominū: habetur quarti Regū quarto. Si qdē Dñs fecerat sonitū audire in castris Syrię curruū & equorum & exercit⁹ plurimi. Apparitio vero in somnis, pręsens, quę euenit Ioseph, fuit inter cæteras, quibus diuinæ fidem pbent litterę.

¶ Tria vero hanc apparitionē pclarā, mirabilē & inenarrabilē efficiūt. s. modus, tps & effect⁹. Circa modi huius āpliorē notitiā, sciēdū q Angelus illuminās, duos effectus, pducit ī hoīe illumiato. Vnus est receptio veritatis. Scds est iudiciū veri cogniti, p illumīationē. Somn⁹ licet impediat iudiciū: tñ magis disponit ad receptionē.

Duo effectus ī homine ab āgelis illumíato. s. Receptio ueritatis. et Iudiciū

¶ Post efficaciorē vero impressionē veritatis, soluto sensu, sequitur iudicium perfectius. ¶ Aduertēdū itidem, Deum ac naturā Angelicā, nobis coagere & in nos agere sm modū nostrū. Et ideo cum Ioseph anceps esset, ea in cogitatiōe & veluti in somno infidelitatis, vt ait Glosa interlinearis, animi dubietate pmebatur in somnis ei apparuit angelus Dñi. Fuit ergo modus huius apparitionis pręclarus: ratione Angeli facientis & Ioseph suscipientis. Fuit mirabilis: quia cōformis statui sancti Ioseph. Nam somno dubietatis laborabat. Fuit deniq venerabilis: quia illa summæ secretum venerationis intellexit, omni dubietate repulsa. Nulla vero sanctarum visionū, per somnū, hac est celebrior: quoniā nullus ambigendi locus menti sancti Ioseph remansit: sed visionis omne secretum profundissime cognouit, assensit, & illico mādātis Angeli imperio obtēperauit. Hinc Ioseph

Mirabilia in apparitiōe āgeli scā Ioseph.

Nlla apparitio celebrior ē uisione Ioseph.

punitus non legitur: sed Zacharias, cui Angelus dixit, Quia nõ credidisti verbis meis, eris tacens & non poteris loqui vsq; in diẽ natiuitatis eius. Hinc multiplici in somnis apparitione, donatus est Ioseph. Qui enim munus diuinũ veneratus est, affectu & effectu; eodẽ munere sępius affici meruit & donari.

¶ Circa tẽpus huius apparitiõis, cõsydera significatum. Nam Ioseph licet cogitatiõe pmeretur: nõ tñ passione. Sed eius animus quietus erat & intentus vt diuinæ non in quoq̃ aduersaretur voluntati. Tempus vero noctis hoc congrue significabat humanæ deputatũ quieti. Nox qe tẽ mẽtis signat ĩ Ioseph.

¶ Deniq; huius apparitiõis, triplex est effectus. Primus ex pte Angeli. Secũdus ex parte Ioseph. Tertius ex pte beatissimæ Virginis. Et hæc apparitio Angelicã naturã dignificauit: sanctũ Ioseph iustificauit, ac beatissimam Virginẽ lętificauit. Hec pariter apparitio erudit nos; vt Angelorũ beneficia rogemus, veneremur, & pdicemus; vt Ioseph admiremur, honoremus, & in exẽplum sumamus; vt beatissimæ Virginis sanctitatẽ ampliorẽ credamus, humilitatẽ intueamur, quæ sic latebat in cogitatione viri, quã sciebat & tacebat, cum se excusare, imo mirabilia sua ostẽdere poterat. Effectus igitur primus apparitionis hui9 est, ipsa Angelica nũciatio. Secũdus illuminationis a sancto Ioseph susceptio. Tertius beatissimæ Virginis traductio. Quis vero Angelus fuerit ista operatus, diuina tacẽt eloqa quidẽ: sed rõnabilr credi põt q Gabriel fuerit. Qui. n. Saluatoris conceptũ nũciauit, eiusdẽ quoq; pgressum custodiuisse rõnabile est. Hic ẽ Gabriel, q sancti Ioãnis ortũ ploquut9 est, & toti9 incarnationis filii Dei mysteriorũ exequutor. Qua rõne, opinamur, eundẽ esse Gabrielẽ: cuius admonitiõe Ioseph secessit in Ægyptũ, & reuersus est in terrã Israel. Triplex effectus apparitionis. s. Ioseph factę. Gabriel fuit Angel9 q apparuit. s. Ioseph.

¶ De dono priuilegii amoris, quo Ioseph dilect⁹ fuit a beata Virgine supra cæteros mortales. CAP. IX.



Eatissimā Virginē dilexisse Ioseph, sincera ac ppetua dilectōe supra cæteros mortales, docet fundamentum dilectionis, quod est similitudo. Nam simile a simili diligitur. Inde omne animal diligit sibi sile. Fuit itaq; inter beatā Virginē & Ioseph, multiplex silitudo, quę in cæteris mortalib⁹ simul nūq̄ repta fuit, neq; aliqñ inuenief, vt catholice arbitramur.

Funda/mētū di/lectiōis ē silitudo

Nouem silitudi/nes iter Ioseph & beatā Virginē

¶ Prima fuit, similitudo carnis.

¶ Secunda fuit, similitudo nobilissimæ originis.

¶ Tertia fuit, similitudo perpetuæ virginitatis.

¶ Quarta fuit, similitudo diuinæ desponsationis.

¶ Quinta fuit, similitudo mutuæ dilectionis.

¶ Sexta fuit, similitudo mutui obsequii.

¶ Septima fuit, similitudo supernæ electionis.

¶ Octaua fuit, similitudo figuratæ significationis.

¶ Nona fuit, silitudo ad Christū dilectōis & noīatiōis.

¶ Hic est funiculus triplex tripl̄r, quo mēs cœlestis beatę Virginis sanctū Ioseph virū suum, sūmope diligere coacta fuit. Hoc sacro nouenario, suo resplēdet modo, illud supnæ genus charitatis, quo Angeloꝝ nouē beati exercit⁹ & chori Deū ardēt, diligūt & adorāt. Hic nouenarius itidē funiculus, tantū cœlestis colligans amoris, superat octonarios gradus amoris erga legē Dñi, eius q beatus in ea ambulat. Hos Dauid propheta in psal. diuina lyra altissimoq; decātat poemate, pseqt & explanat.

Mirabi/lis splen doramo ris beatę Virgīs & Ioseph.

¶ Prima itaq; silitudo carnis dr̄, q̄ ab diuina lege, idētitas vocaf: propter hoc relinquet hō patrē suū & matrē suā & adhęrebit vxori suę, & erūt duo i carne vna. Ge. 2. Verū cæteroꝝ mortaliū caro, fere corrupta, immūda &

De simi/litudine carnis.

quotidianis peccatis grauis, ignaraq; spūalis iucūditatis inuenit̃. Sancti vero Ioseph caro nō ita fuit, sed filiis carni suæ ꝯiugis: incorrupta pp virginitatē ꝑpetuā: munda pp cōtēptū spurcitię carnis & oīmodā eiusdē inexpientiā: carēs peccato, qd cōtinue parit īmūda caro cōiugū. Supnę quoq; ꝯtēplatōis, nō exps fuit Ioseph: sed sūma iucūditate eiusce offō icubuit, suæ spōsę imitat⁹ exēpla.

De similitudine nobilitatis.

¶ Augebat amorem coniugii in beata Virgine, similitudo nobilitatis eiusdē: ex Abraā enim & Dauid, eadē genealogia, originē duxerūt, beata Virgo & Ioseph. Didicimus aūt natura docēte, historiis referētib⁹, & lōga nostroꝝ tēporū malignitatis expientia, ingētē vim eē amoris īter eos, q ex eadē ꝓfluxere familia. Illo nēpe attracti mutuo cōuersant̃, alterna sibi ꝑstāt obseqa, armaq; sumūt. Adde q̄ scribit Paulus apl's dicens. Qui suoꝝ curā non gerit, & maxime domesticoꝝ, hic infideli deterior est. At animaduertito in malis hominib⁹, amorē origīs virtutū canone priuatū, qui in sanctis ardētior est, pfectior, ac sanctior. Quāta igitur dilectiōe arbitrandū est, beatissimā Virginē Ioseph prosequutā fuisse, q eiusdē erat cum eo nobilitatis & originis. Enimuero si Poeta teste, certus amor morū est: Apostolo quoq; dicēte, charitas nunq̄ excidit: maiori beata Virgo amore, ꝓsequebat̃ Ioseph, quē nouerat Virginē, ac ꝑpetuæ voto virginitatis astrictū.

De similitudine uirginitatis.

Qua virginitate ampli⁹ Ioseph delectabat̃; q̄ miseri mortales, īmūde carnis oblectatiōib⁹. At cū attēdebat, recordabat̃ q; diuīo nutu, Ioseph, se ī spōsum accepisse, magis magisq; in ei⁹ cœlesti charitate accēdebat̃.

De similitudine dispōsatiōis.

Nō erat ignara Virgo ei⁹ dogmatis, qd ēt natura duce, cognoscere qsq; pōt vl' rudis īgenii. Quos De⁹ cōiūxit hō nō sepet.

Verba q̄ ꝯferebat intra se btā Virgo.

Dicebat ergo intra se beata Virgo. O q̄ culpabilis essem apud Deum ac vniuersos cœlestis

Hierusalem ciues, si sponsum diuina mihi electiõe donatũ, intimæ charitatis visceribus non amarẽ. Rebecca virũ tantopere suũ amauit, quem incognitũ p lõga terrarũ spacia, seruo duce adiit: cur ego sponsum meum a Deo mihi datũ, nõ amabo, sanctissime, ardẽtissime, iustissime? Attẽdo pariter in eo, quãto me amore ꝓsequatur, & nõ vehemẽtissime illũ diligã? Est.n. tritũ ꝓuerbiũ Si vis amari, ama. ¶ Erat beatissima Virgo, altissimi pectoris, ingenuęq; mẽtis: Cuius ꝓpriũ est obsequia pręstantibus alternã dilectionẽ corde, verbis ac rebus ostẽdere. At Ioseph omni satagebat obsequio, die noctuq; spõsam suam ꝓsequi. Quocirca amore incredibili afficiebat͛ Virgo, quę viro Ioseph, omni ex pte notũ efficiebat. O q̃ rõnabile est, beatã Virginẽ spõso suo seruiuisse, q̃ prõptissime obediuisse, q̃ dulcissime & q̃ amãtissime illũ p singulos dies alloquutũ fuisse. Credo eqdẽ o Virgo imaculata, nec vana fides, te erga spõsum tuũ castissimũ & tibi obsequẽtissimũ, castissima semp dilectiõe fragrasse. Et puto, ꝙ sup oẽs p̃riarchas, ꝓphętas, duces & reges, sanctosq; alios dulcissime eũdẽ dilexeris. O fœlicissimę charitatis donũ, vbi pax & cõcordia, vbi charitas & vnanimitas, vbi benignitas & mansuetudo, affuerũt. Nullę ꝓfecto ibi rixę, nulla discordię suspitio, nullaue displicẽtia, inter vos cõiuges diuinos extitere. Hinc diuina vtrinq; officia exercebant͛, vtriusq; mutuã fragrãtia charitatẽ. O q̃to studio, Virgo cœlestis absenti viro cibos parabat, mẽsam cõponebat, domũ mũdã seruabat; redeuntẽ vero q̃ iucũdissime excipiebat. Cũcta operabant͛ amore Iesu, quem p̃ntem intuebantur, quem nouerãt æterna ꝓuidentia se delegisse, vt talibus insisterẽt. Magnũ nẽpe amoris ignẽ ꝓducit diuina electio, quinimo omnis amoris fons est & origo. Noue-

De simili- litudine diuię dilectiõis.

De simi- litudine mutui obseqi.

De simi- litudine diuię electiõis.

rant igit beata Virgo & Ioseph se a Deo electos, vt diuina inter eos pseueraret dilectio, qua totius humani generis gelida tepescerēt corda. Porro, si Adā mulierem quā de sua cōdiderat costa, sūmopere dilexisse credim9: qm̄ dixit. Propter hoc relinquet hō patrē suū & matrē suā, & adhęrebit vxori suę, & erūt duo in carne vna: quāto magis beatā Virginē Ioseph dilexisse credendū est, qui illo pfigurabant sacro. Cōnubiū.n.primorū parentū, ac beatissimæ Virginis & Ioseph matrimoniū, sanctæ matris ecclesię indissolubilē psignarunt nexum: dicēte Aplo. Hoc enim magnū sacramentum est Christi & ecclesiæ. Quid quęso, maiori dilectiōis vinculo potest aut poterit esse cōiunctius sanctissima societate Ioseph & Mariæ, quam Iesus æternus amor instituit propria custodiuit præsentia, auxit & perfecit? Hanc summam dilectionem pręnunciarunt Patriarchæ; in quorum coniugiis, grandis amor inuentus est. Hic est amor ille diuinus, hæc suprema charitas, quę sola Deum verum ædidit mundo, enutriuit ac induit. Hac dilectione, Deus idem verus, huius sacratissimi coniugii filius putari voluit ac dici. Ex Virgine itaq; matre Deus homo prodiit & eiusce Virginis semper intactę viri, filius putari voluit. Hinc diuus Hieronymus in libro contra Vigilantium, de singulari amore beatæ Virginis, erga Ioseph, ait. Tu dicis Mariam virginem non permansisse: Ego mihi plus vendico etiam ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam, vt ex uirginali coniugio uirgo nasceretur. Si enim in uirum sanctum fornicatio non cadit; & aliam eum uxorem habuisse, non scribitur. Mariæ autem, quam putatus est habuisse, custos potius fuit q̄ maritus: relinquitur uirginē eum mansisse cum Maria, qui pater Domini meruit appellari. Hæc Hieronymus.

De similitudine figuratę significationis.

De similitudine ad Christū dilectiōis & nominationis. b. Hieronymus.

¶ De dono sancti Ioseph, quo primus adorauit Christum natũ post beatã Virginem. CAP. X.



Descriptio loci ĩ quo natus ẽ Saluator.

ANteq̃ adorationẽ Saluatori nato ab sancto Ioseph exhibitã describamus: p̃notandũ sanctum Dñi p̃sepe, qua die nat⁹ est illic fili⁹ Dei ex Virgine, locum fuisse vilem & a cæteris habitatiõib⁹ separatũ: iuxta quẽ non procul locus ille est, vbi Saluator circũcisus fuit. Tria itaq; loca rememorãda sũt, fuisse ibidẽ. ¶ Prim⁹ vbi Virgo & mater Christũ absq; dolore peperit. In eo autẽ loco, terra nostra dedit fructum suum. Illic, veritas de terra orta est. Illic, iustitia de cœlo ꝓspexit. Illic, sponsus ꝓcessit de thalamo suo. Illic, Virgo quẽ genuit, adorauit. Illic, sanct⁹ Ioseph pariter post beatã Virginẽ, primus Christum adorauit. Illic, Virgo pãnis verbũ Dei ĩuoluit. ¶ Secũdus locus, ẽ p̃sepe Dñi, nõ ꝓcul: sed p̃fato loco iunctũ. Illic, fili⁹ Dei fœno iacere ptulit. Illic, paruo Virginis lacte, pastus est. Illic, bos cognouit possessorẽ suũ & asin⁹ p̃sępe Dñi sui. Illic, cõsyderata sunt opa Dei, ĩ medio duũ animaliũ. Illic, pastores eũ inueniẽtes, adorauerũt. ¶ Tertius locus est vbi Christus circũcisus fuit. Illic, lachrymas Christus fudit & sanguinẽ. Illic, a Maria & Ioseph, vocatũ est nomen eius Iesus. Et scito hunc locũ esse duobus p̃fatis eleuatiorẽ, veluti ab his qui locũ viderũt, scriptũ inuenimus. ¶ Verũ Ioseph post beatã Virginẽ, primum adorauisse Christum; Ratio multiplex suadet. Tum quia Ioseph sũmo desyderio p̃stolabat᷑ Saluatoris ortũ dignissimũ. Tum quia a Virginula grauida, parum elongabat᷑. Tũ etiã quia beata Virgo, quę euẽtus conscia erat, verisilr Ioseph admonuisse creditur, vt Deum verũ, qui toti⁹ orbis q̃ magnificẽtissimo apparatu gestiẽtiq; humani ge-

neris exultatione ac iucũditate excipiendus erat, cũ nudus & in paupere nimis tugurio reciperet, saltē matris & patris putatiui adoratione susciperet feruenti. Infantulum itaq; Deum, vbi egressum vtero vidit & adorantem inspexit Virginē, pronum Ioseph in terrā cecidisse non ambigimus. Ad id enim cogebatur, vehementissimo desyderio interiori, Virginis sanctissimo exemplo exteriori, diuini infantis aspectu prçclariori, atq; noctis illuminatione superiori.

Adoratio nato Iesu facta ab Ioseph.

¶ Hçc adoratio omni proculdubio sacrificio acceptior Deo fuit, omni mundano apparatu, quouis lçtitiæ genere, cunctis muneribus excellentior, gratior ac venerabilior. An nõ Angelos, tunc diuina altius cantica pcinuisse, credendũ est, diuo Ioseph auribus audiēte corporeis, gestiente, vel potius extasim, nimio prç gaudio, patiente? Porro, si pastoribus simplicibus multitudo Angelorũ altius ac dulcius intonuit. Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonç voluntatis: cur nõ beatissima Virgine ac Ioseph adorantibus, eadem aut maiora potius euenisse credendum est? Nec obstat, euangelium hoc conticuisse: quoniam ampliora tacuit, quæ conticuisse haud veremur. Testes nempe idonei, minus videntur incredulis, Maria & Ioseph circa Saluatoris acta, præsertim ad dignitatem Marię & Ioseph simul spectantia. Credentes autem & Angelica cognoscentes solatia, quę publicum horrent, vt plurimum & latēter ab eis exhibentur, ampliora meditantur, fatentur, credunt. Cęterum, quas gratias Saluatori nostro, mente dixerit Ioseph, catholico atq; ingenioso lectori excogitandas relinquimus. Talia nempe sacramēta silentio potius sunt velanda, q̃ infirmis, raucisq; mortalium ineptiis aperienda.

Cõcinuere angeli adorāte Ioseph Christũ natum.

Cur adorationē Ioseph sacrę taceāt lrę.

¶ De dono impõnis sanctissimi nois Iesu. CAP. XI.


On parũ attulit dignitatis Ioseph, legatio Angelica qua ei demãdauit, dicens. Vocabis nomen eius Iesum. Matthei primo capite. Impositione enim ac sanctissimi nominis huius publicatione secretum cœleste mũdo aperuit Ioseph: patris cœlestis vices gessit: spũssancti archana, quę in canticis ac pphętis mysterio abscõdita erãt, patefecit: Beatissimæq; mundi reginę cõiugi suę collega fuit, atq; Angelicæ maiestatis sublimitatẽ attigit. Est nãq; mos apud hoies, vt pres nomina imponẽdi filiis, auctoritatẽ habeãt. Iesus autẽ erat filius Dei patris. Sanctus igit Ioseph patris cœlestis vices hac in dignitate gessit. Cum filii Regũ baptizantur, vbi christiani nomina filiis imponere cõsueuerunt, quis quęso vice Regũ patrũ, nomen filii baptizãdi denunciat; nõne rex alius aut nuncius Regis, vel magnus qspiã vir? Illa igit tẽpestate, sancto Ioseph apud patrẽ cœlestẽ nemo grãdior, nemo gratior, nemo pclarior. Hic est Enos noui testamẽti, q cępit iuocare nomẽ Dñi, ceu Genesis. 7. de veteri, scribit. Verũ spũssanct9 per ora loquens pphętarum, diuersorũ variis vocibus enigmatũ, beatissimũ nomen Iesu exp̃ssit. Legitur nẽpe Esaię septimo. vocabit nomen eius Emanuel. Item capite nono. Vocabitur nomen eius admirabilis, Deus, fortis, pater futuri sęculi princeps, pacis. Et itẽ voca nomen eius, spolia, detrahe, festina, pdare. Messias qd nomen interptat Christus, notissimũ apud hebręos est. In canticis quoq; scribitur. Oleum effusum nomen tuum. Luce vero secũdo capite dicit. Et filius altissimi vocabitur. Hęc vero mysteria, vnica nominis Iesu impositiõe orbi ceco, apuit Ioseph. An quęso spiritussancti instrumẽtum

Ioseph gessit uices pris ęterni.

Enos figura fuit Ioseph.

Varia nomina Christi.

mentum non magnipendendum arbitraris? Veneramur prophetas, laudamus Salomonem, & admiramur dulcedinem voluminum eius degustantes: quibus haud imparem Ioseph, recta ratione colligimus. Tanta vero percellit dignitate, quanta lux clara crepusculum. At cum nomen Iesu, ab angelo Gabriele, nunciatū fuerit: Primo quidem beatissimæ Virgini: deinde Ioseph, quando illud Ioseph imposuit octauo die: vices prorsus Angeli obtinuit.

Ioseph maior salomone.

¶ Verum hic quęrendum superest, an beatissimæ Virgini Ioseph collega, ęqua auctoritate conuenerit in impositione nominis Iesu, Quod enim cōuenerit, nemini dubium esse debet. Hoc nempe paterna auctoritas, hoc angelica legatio, hoc deniq; beatissimæ Virginis pudor, exigit immaculatus. Conuenit vero coram hominibus tanq̄ primus, corā Deo autem & angelis, ad solam Virginem beatissimam spectabat, hæc diuini nominis impositio: quia ipsa sola inter homines verum ius habebat in Christum. Nomē igitur Iesu, imposuerūt Deus, Angelus, Maria & Ioseph. Deus quidem, rem nominis prębstando, Angelus prędicendo, Maria imperando, & Ioseph exequēdo. Ne quęso turbet quēpiam, deducta Ioseph ab impōne nomis Iesu, excellētia. Talis etenim argumentandi modus, a glosa sumptus est. Lucæ secundo. Non decuit, inquit tam gloriosum nomē, prius ab homine appellari: sed ab excellentiori natura: ne homo machinator, huius nominis videretur. Eadem igitur ratione, a viro cæteris digniore, primo imponi debuit. Et qui tantæ dignitati, huius sanctissimi patris, mente nō consentiunt, minus perspicaces inueniūtur, aut in fidei lumine cecutiunt, debiles sunt, & egrotant.

Q 6. An Ioseph ęqua auctoritate impo fuerit nomē Iesu cum. b. Virgine

Modus arguēdi huius capitis sūptus est a glosa.

¶ De dono multiplicis apparitiõis ãgelicæ. CAP. XII



Attheus euãgelista, capite secundo, multiplicẽ apparitionẽ factã Ioseph, in hæc verba dicens. Ecce angelus Domini apparuit Ioseph dicẽs. Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Ægyptũ: & esto ibi vsq; dum dicã tibi. Futurũ est enim vt Herodes quærat puerũ ad perdendũ eum. Qui cõsurgens accepit puerũ & matrẽ eius nocte & secessit in Ægyptũ. Et erat ibi vsq; ad obitũ Herodis: vt impleretur quod dictum est a Dño per Prophetã dicentẽ. Ex Ægypto vocaui filiũ meũ. Tunc Herodes videns quoniã illusus esset a Magis, irat⁹ est valde. Et mittẽs occidit oẽs pueros qui erãt in Bethleem, & in omnib⁹ finibus eius a bimatu & infra ẜm tempus quod exqsierat a Magis. Tũc adimpletũ est quod dictũ est per Hieremiã prophetã dicẽtẽ. Vox in Rama, audita est: Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt. & reliqua. Verum ingentia cum hic mysteria lateant, quib⁹ & sancti Ioseph dona cognoscere altissima, valeamus; & diuinis instrui dogmatibus: duo q̃breuissime, pro dicendorum profunditate, prosequemur. Primum ad diuinam spectat notitiam, in quam humana consurgit mens, efficacius, sublimius & diffusius, donata munere Angelicæ visionis. Secundũ erit distincta enumeratio earũ rerum, quæ ipsam eandẽ cõsequunt̃ apparitionẽ frequẽtem.

Modus ꝯ̃urgẽdi in diuinã notitiã declaratur.

¶ At diuinã mortalib⁹ notitiã, quæ ꝑtigit, facilius explicabimus, clariori sequẽtium ꝓpositionũ ꝓbatiõe.

¶ PRIMA propositio est. Rationi humanæ insitum est a natura, vt nosse quæat sensibilia & intelligibilia, & eorum creatorem Deum. Naturali quoq; ducitur desyderio, vt eadem cognoscat.

¶ Huius veritatis radix est cõmunitas esse hois cũ omni creatura ab Deo immortali condita. Habet enim esse cũ lapidibus, sentire cũ brutis, intelligere cũ Angelis. Hęc sunt semina illa virtutũ, quę philosophi natura iaciẽte, in nobis esse pręd icarunt: quibus artiũ & sciarũ omniũ habitus acquirere possumus: quibusq;, natura eadẽ impellente, attingere satagimus. Hinc Cicero ait. Sępe diximus & sępe dicẽdum est, naturaliter auidissimi siue appetentissimi: quia honesta sunt nobis ĩnata virtutũ seminaria, ita vt si pateremur & anhelare liceret ad beatitudinẽ cum diuino munere, natura nosipsos pduceret. Sed igniculos natura nobis inditos, sępe retundimus. Hęc Cicero. Cui, si luminis gratiæ Christi quãdoq; illum participẽ fuisse, Dei numine: cuius secreta, mortalibus impiũ est rimari: quanta dicendi copia arbitrandũ est illum perorasse? Optauerim pro virtutum illius laudibus, Ciceronis animam sub diuini clementia throni, sub pientissimi inq̃ regis omnium Dei, iustitia conseruari: vt si aliquando Christi pietatis fructum attigit, qd nos omnino timentes, quoquo modo ignoramus, Romam erroris veniam consequatur.

Vñ oritur q̃ hõ cõsurgere q̃at in cognitionẽ diuinã.

Aurea Ciceronis aucto ritas d̃ radice cognitiõis diuię in nobis.

Gentiles nõ negãtur diuino mũere sicut & nũc mali xpiãi ad Deũ posse cõuerti in extremis.

¶ SECVNDA propositio est. Ratio humana, p̃ter vim naturæ, gratia affici põt diuina: qua fide, spe & charitate virtutibus ornata supnaturalibus; ea, eoque modo cognoscat de Deo ac creaturis, quę nosse minime potest solius virtute naturæ.

¶ Declaratur hæc propositio. Non enim ratio humana sua tantummodo vecta virtute, etiam artium habitibus & consuetudine studiorum suffragantibus, apprehendere valet huius lucem veritatis. Deus est trinus & vnus. Et verbum caro factum est. At igne fidei purgata, sancti spiritus numine illustrata cum angelico

De cognitiõe diuina p gratiã.

Dictum angelici doctoris i morte. Thoma aqnate, dicet cordis ore. Nihil est qd verí⁹ credi pôt. Naturę humanę exilitas, Zacheo cōparatur, qui euangelio teste, statura pusillus arborem conscendit, vt Iesum videre posset. Naturæ piter & gratiæ vim, signāt duo adulescētes, quorū adulescētior a patre petiit portionē substātie, quę ei cōtingebat. Hinc glosa Lucę. 15. ait. Fidelibus suæ gratiæ portionē, quam desyderāt impartiēdo: infidelibus solū naturalis ingenii bñficiū impēdendo. Hoc illud est, cœlestis donū gratiæ, qd paucissimis verbis in īmensum attollit. Beatus Ioannes aplus dicens. Vnctionē quam accepistis maneat in vobis, & nō necesse habetis, vt quis vos doceat.

Glosa.

¶ TERTIA propositio est. Diuina veritas, septem modis humanæ dignoscenda menti sese obiicit.

¶ Vt lucens.
¶ Vt arguens.
¶ Vt vocans.
¶ Vt puniens.
¶ Vt perficiens.
¶ Vt lætificans, &
¶ Vt sup cōem viatorū statum eleuās, siue deiformans.

¶ Declarant singula haud difficulter. Veritatē etenim lucentem describit beatus Augustinus libro quarto de trinitate, dicens. Nonnulli sapientes mundi, potuerunt aciem mentis, vltra omnē creaturā transferre & lucem incōmutabilis veritatis quantulacunq; ex parte contingere. Hanc lucem, sequunt perfectio virium naturaliū & affectus vehementior ad Deum cognitū. At hic amor intra naturæ limites continetur.

B. Aug. de ueritate lucēte.

¶ Veritas vt arguens, ab his cognoscitur, qui hominem sub duplici statu fuisse didicerūt. Primus status fuit, originalis iustitiæ: alter est naturæ destitutę & miseriarum,

quas hic sentimus, ꝑpter originalis culpę reatum. Hanc philosophi ignorauere veritatē, quæ proculdubio eis apparuisset, si credere voluissent. Et hic est status iudeorum, viuentium sub lege Moysi.

¶ Veritas vt vocans, illa est, quę in prophetarum vocibus, in sono Christi & Apostolorū ab his percipitur, q in delitiis & solicitudinibus huius mundi suffocant.

¶ Veritas vt purgans a reatu pręsertim originali, ea est, quam baptismus primū efficit: deinde reliqua ecclesiæ sacramenta. Perficit vero interius & exterius lumē gratiæ cœlestis, quę deiformē in homine gignit notitiā.

¶ Veritas lętificās, est cōtēplantiū: de qua dicitur in libro de anima & spiritu, qui beato Augustino ascribit. Lumē animæ, est Deus, cum affluentia dulcedinis suę. Bonū carnis est mūdus, cum humana iucunditate. Sed mundus, exterior: Deus aūt, interior. Nihil enim Deo interius est, nihil eo pñti⁹. Interior est omni requie. Ipse est super omnia. Ab hoc ergo mundo, reuertentes ad Deū, & quasi abhinc sursum reuertētes, per nosmetipsos transire debemus ad Deū, hoc est intrare ad semetipsum: & non solum intrare ad se: sed ineffabili quodāmodo introitu seipsum trāsire. Qui est interius intrās & intrinsec⁹ penetrās, ille seipsum trāscēdit, ille isthinc ad Deum ascēdit. Ab huiusmodi ergo detractionibus, nostrū cor colligamus, & ad ęterna gaudia reuocem⁹, vel saltem ab illicitis & vanis cogitationibus restringamus; vt aliquando radium cogitationis, in lumine figere valeamus. Hęc est, enim cordis nostri, cum Deū suū contemplatur: & per ipsum, sua cōtēplatione, suauiter reficit: & dulcis est illi semp ad desyderādum, ad laudādum & amandū, & semp suaue. Nihil enim ad beatā vitam pstātius videt, q̄ ꝙ clausis carnalibus desyderiis &

Incertū est an liber d aīa & spū: sit beati August.

sensibus extra carnē mundūq; effectum quempiā intra semetipsum cōuerti, alienūq; effectū a cupiditatib⁹ mortalium, sibi soli & Deo loqui. Hæc ille.

Veritas deniq; supra cōmunē hominū statū eleuans, illa est qua mēs hominis, siue in corpore, siue extra corpus, pariformi quadā intelligētia, Angelos ac Deū ipsum vel diuina attingit. Hæc multipliciter secatur, quēadmodum in sequenti patebit ꝓpone. Aduertito septē gradus veritatis diuinę iā dictos, esse sicut ordiatæ sunt numeroꝝ spēs: quarū extremę oēs continent inferiores.

Prędicti gradus sunt sicut nūeri.

QVARTA propositio est. Veritas eleuans supra cōmunē hominū statum, multiplex fuit. Adæ, Prophetarū, Ioannis Baptistę, Ioseph, beatissimę virginis Marię, Ioānis euangelistę supra pectus Dñi, ac Pauli.

De ueritate eleuāte sup cōe statū hoīs.

Hæc distinctio cognitæ veritatis, ex parte obiecti & modi cognoscendi, non datur ꝑm rationes formales specificas: quia duę forte fuerunt vnius speciei: sed ꝑm subiecta & tēpora: vt per exterius cognita, iuncti corpore, eleuemur supra cōmunē hoīum statū: & in crepusculo ambulemus, qui clarissimū lumē, intueri nō possumus.

Rō ītrinseca distīguēdi pręfatos mōs nobis ignota.

De visione Adæ loquitur Glosa, sup illud Ge. 2. Immisit Dñs soporē in Adam, dicēs. Hec ẽxtasis illa ad hoc īmissa est, vt mēs Adæ intrās sanctuariū Dei, nouissima intelligeret, particeps Angelicæ curiæ.

Visio Prophetaꝝ alia est per somnū, alia p imꝓssionē imaginū a Deo imprę ssarū in imaginatiōe cessante exteriori sensibili: iuxta illud Ezechielis. Vidi Dñm sedētē super soliū excelsum & eleuatum, & plena erat terra oīs maiestate eius. Alia per solius illuminationē intellectus vt ea quę singulariter in Dauid refulsit.

Ioannis baptiste diuina cognitio, credit̃ pie, fuisse acceleratio vsus rōnis: ita vt clausus vtero matris, diuino

miraculo, filium Dei & cognouerit & adorauerit. Hæc est exultatio illa, quam mater Helisabeth sentiēs dixit. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in vtero meo.

¶ Visio Ioseph, fuit testante sacro euangelio per multiplex somniū, quā pficiebat excellentissime, pn̄tia matris filii Dei, ipseq; idem Dei natus, siue matris grauidę gestatus vtero, siue infans, ex vtero iam dilapsus.

¶ Visio beatissimæ Virginis, q̄uis multiplex fuerit, ea: pcipuo studio narraẗ, quādo ab Angelo salutatur.

¶ De visione Ioānis euāgelistæ, supra pectus Dn̄i, inqt beatus Augustinus, deitatis potentiā limpidius contēplās cæteris, cū Dn̄o ad cœlū volās cœlestis sapiētię haustum, de dn̄ici pectoris fonte limpidius cæteris potauit. Quod intelligiẗ, respectu alio℞ euangelistarum. B. Aug.

¶ De visiōe deniq; Pauli diciẗ in glosa scdę ad Cor. 12. q̄ Apl̄s vidit Deū in illa vita, qua vidēdus est i æternū.

¶ Referūt sacra eulogia his similia q̄plurima, q̄ ad p̄fatas visiones faciliter reducunẗ. Quāobrem hisce cognitis, reliqua patere non ambigimus.

¶ Neq; pertranseundum accidentia extrinseca, genus vnum visionis magis magisq; dignificare, vt visio per somnium, in eo qui fuerit assuetus extrinsecæ apparitioni Angelorum. Quare Ioseph visio, magnificatur p̄sentia filii Dei ac b. Virginis: visio n. dn̄i nostri Iesu Christi, cum s̄m se, idest obiectiue, cōtineat visionem comprēhēsoris, quia semper fuit cōprēhēsor, & omniū mysteriorum altitudinem, ꝓpter vnionē verbi cum humana natura, & visionē trinitatis, ratione diuinitatis, ratiōabiliter omnes fortificat, digniores efficit & altiores visiones quibus ipsa coniungitur. Magnificaẗ oīs notitia p Christi notitiā: fitq; deiformis.

¶ Confirmatur hoc ratione phica. Nam licet Aristo-

teles in tertio de Anima comparet, sensitiuum intellectiuo: quia sicut se habet sensibile ad sensum, ita intelligibile ad intellectum. In hoc tamẽ inter cetera differũt, quia intelligibile nobilius, non corrũpit sed perficit: ita vt illo cognito, efficacius minora dignoscãtur obiecta. Iuncta igitur notitia Christi Dei & hominis, notitiæ alterius, nõ solũ ipsam magnificat, sed deiformem facit: quia idem est intelligens & intellectum.

De mõ eleuationis hoĩs supra cõmunem statum.

¶QVINTA propositio est. Ad hoc ꝙ homo supra cõmunem hominũ statum eleuetur, perfecte, ad aliquẽ gradum septiformis veritatis prędicte, tria exiguntur. Depuratio: In se collectio: & Alienatio.

¶Declaratur. Nam sicut ad introductionẽ nouæ formę naturalis in aliquo subiecto, oportet ꝙ fiat separatio a cõtrariis dispositioĩbus per introductionẽ aliarũ: ita in anima rõnali eleuãda supra cõem statũ hominis euẽire oportet. A trib⁹ vero debet purgari: a culpa, pena, & corpulentia: & hoc q̃tum possibile est. Ea fit purgatio, p gradum charitatis excellentem. Hinc est, ꝙ Sapiẽtiæ nono dicitur. Corpus qđ corrũpitur, aggrauat animam. Corpus corpulẽtia, aggrauatio pęna, corruptio culpa. Nec obstat ꝙ in dño Iesu Christo fuerit fruitio, vbi tamen fuit corpulẽtia & pęna: quia vnio ad diuinã naturã, vincit & abstulit hæc impedimenta.

Purgatõ hoĩs fit a tribus.

¶Secundum, qđ exigitur ad eleuandũ hominem, supra cõmunẽ statũ est, in se collectio. Anima enim humana ßm ꝙ quędam natura est, & forma corporis naturaliter iungitur tribus. s. imaginationibus, passionibus, & diuersis operatioĩbus. ¶De ligatiõe eius ad imagines, & species corporaliũ inquit Aristoteles in tertio de Anima. Oportet intelligentẽ phantasmata speculari. Et Augustinus in libro de trinitate, dicit. Errat igitur mens, cũ

Aĩa naturalr iũgitur trib⁹. Primo imagĩb⁹

se istis imaginibus tãto amore cõiungit, vt etiã se aliqd hmõi existimet. Et paulo inferius. Hinc.n. oboritur erroris dedecus, dum rerũ sensitiuarũ imagines secernere: a se non potest, vt se solã videat. Cohęrent enim ei, mirabiliter glutino amoris. Et hęc est eius immundicia. Quoniam dum se solam nititur cogitare, hoc se putat esse, sine quo se nõ potest cogitare. Prima itaq; animi vltramũdana transgressuri, collectio est, ab imaginib⁹ corporalibus detractio. ¶ De subiectione ad passiones, ait idem beatus Augustinus in libro de spiritu & anima. Quibusdã affectibus & quadam amicitia, anima corpori iungitur: s̃m quã amicitiam, nemo carnem suam vnq̃ odio habuit. Socia nãq; eius est: licet eius societate p̃grauetur. Ineffabili nãq; cõditione diligit illud, amat comitem suum: & ideo libera esse nõ potest. Doloribus eius vehemẽter afficit̃: formidat interitũ, quę mori nõ põt. Oculoꝝ speculatõe depascit̃, sonoꝝ delectat̃ auditib⁹, suauissimis iucundat̃ odoribus, larga epulatiõe reficit̃: & licet his rebus, nullatenus vtatur, graui tamẽ mœrore afficit̃, si subtrahant̃. Hæc beatus Augustinus.

Radix errãtiũ circa imortalitatẽ animę.

Secũdo passionibus.

¶ De variis itidem animæ operationibus, idem in eodẽ libro de spiritu & anima, inqt. Anima s̃m sui corpis affectus, variis nũcupat̃ nominibus. Dicit̃ enim anima, dum vegetat: spiritus, dum ꝯtẽplat̃: sensus, dum sentit. Animus, dum sapit: mens, dũ intelligit: rõ, dum discernit: dum recordat̃, memoria, dum cõsentit: voluntas.

Tertio uariis opatiõib⁹

Varia noĩa humani aĩe

¶ Ab istis ergo tribus colligitur anima, in seipsam, per corporaliũ imaginũ abstractionẽ, per passionũ corporis cessationẽ, & p operationũ vnionẽ. De vnione actuũ dicit Augustinus. Sensus vertit̃ in imaginationẽ, imaginatio in rationẽ, ratio in intellectũ, intellectus in intelligentiam, intelligentia in Deum.

De mõ colligẽdi animũ a prę fatis.

Eleuatõ fit tribus modis. A natura A gratia Deo.

Tertiũ, qd exigitur, ad idem est eleuatio quę fit p tria. Fit enim natura conante, gratia erigente, ac Deo attrahente. Ad conatũ naturæ disponunt miseriarum p̄sentium stimulus, scientiæ nostræ defectus, ac summæ perfectionis appetitus. Ad erectionem gratiæ disponunt sacramenta, virtutes & dona. Ad attractionem a Deo inuitat nos sponsa in canticis. Trahe me post te. Nemo enim, inquit Saluator, potest post me venire nisi pater meus traxerit eum.

De deiformitate hoīs q̃ sequit̃ attractionẽ Dei.

SEXTA propositio est. Attractionem Dei sequitur appropinquatio & conformitas ad Deum, qua dicũtur homines deiformes.

Pro declaratione huius propositionis, aduerte, ꝙ in naturalibus motus naturalis est intensior, quãto suo vbi vicinior. Et hoc producit, non solum appropinquatio: sed etiã similitudo ad suum vbi. Et ita in naturalib⁹ motus naturalis, sufficit mutare cõparationem mobilis ad suum vbi: & per hoc solum fit propinquũ. Sed in volũtariis, motus naturalis non sufficit mutare situm ipsius virtutis ad suum vbi, sine ipso vbi. Ratio est: quia in naturalibus, vbi est tantum motor: sed in voluntariis vbi virtutũ quod est Deus, est motor & cooperator. Istius igitur appropinquationis terminus, est perfecta conformitas voluntatis diuinæ & humanæ deiformis affectio.

Ad deiformem ꝯditõem dispo nũt tria. Primum ĩstructio

Ad deiformẽ hanc conditionẽ disponunt tria, opa scilicet instructionis vel ędificationis, patientiæ vel passionis, & consilii vel supererogationis. De operibus instructionis habetur primi Regum decimo: ꝙ post vnctionem Dauid in Regem introiuit in eum spirit⁹ Domini, & p̄phetauit. Item diuus inquit Augustinus. Lex est hęc diuinæ p̄uidentię, vt nemo nisi a sup̄ioribus adiuuetur ad cognoscendam vel participandam gratiam.

¶Opera patiētię in Iob figurant᷑: de quibus inqt Apostolus secūdo ad Cor. 12. Nam virt⁹ in īfirmitate pficit᷑; ¶At opa superogatiōis, describunt᷑ singulr̄, Marci decimo. Amē dico vobis. Nemo est qui reliqrit domū & cætera. Post sextū hunc ordinē, sequit᷑ sabbatū animæ cognoscētis Deū & exultātis in eo. primæ Petri primo. Credētes autē exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata reportātes finē fidei vestræ salutē animaꝝ vestraꝝ. ¶Credimus itaq; pdicta visionib⁹ sancti Ioseph angelicis applicādo, eas sūmis dcoratas dōis extitisse a Deo. Que dona nō nisi altius ratiocinādo, cognoscere possumus & attingere. Sed & speculū nostri enigmatis obscurius inuenitur, cęcutiente pariter lumine intellectus, propter cōiunctionē ad naturalia. Colligendū tamē ex euāgelicis verbis, quantū in sit dignitatis pdictis Ioseph visionibus, & ad nostrā vtilitatem ac experientiā in nobis singula referentes, laudis diuini Ioseph & nostræ vtilitatis dona, simul liceat intueri.

Secūdū opa patientię. Tertium opa superogationis.

¶Septē, angelicā uisionē uere consequunt᷑, qn̄ fuerit perfecta. i. nō ad iustitiā, sed ad conseruationem.

De cōsequētib⁹ angelicā uisionē.

¶Primum est illuminatio de uerbo incarnato.

¶Secundum. Veneratio sanctę matris ecclesiæ.

¶Tertium. Despectus rerum terrenarum.

¶Quartum. Alta cognitio diuinæ prouidentiæ.

¶Quintum. Spiritus intelligentiæ sacrarū litterarum.

¶Sextum. Inuidia diaboli ac sequentiū eum, erga decoratum, uisione angelica.

¶Septimum. Exterior afflictio siue ab hominibus, siue a natura, siue quouis modo illata a Deo.

¶Consydera igitur ad quāuis harum uisionū Ioseph, septē hęc semp cōsequuta & in Ioseph inuēta fuisse.

¶Illuminatio quidem de verbo incarnato innuitur cū

Concluditur excellétia uisionis Ioseph.

Euangelista ait. Surge & accipe puerum. Quod enim re faciebat, intellectũ magis de verbi Dei cognitione pficiebat. ¶ Et matrẽ eius. Mater aũt est sancta ecclesia, quę quotidie & gignit & nutrit filios, & pientissimæ matris more prosequit. ¶ Et fuge in Ægyptũ. Quia qui ppriã spernit patriã diuino amore, terrena cũcta se odire ostẽdit. ¶ Et erat ibi vsq; ad obitũ Herodis: q diuinæ prouidentię omnia gubernãtis testis fuit & hostis. ¶ Vt adimpleretur qd dictũ est a Dño per prophetã Oseę: scilicet dicentẽ: qui diuinarũ litterarũ vnus fuit scriptor ac propheta magnidicus. ¶ Inuidiã diaboli signat Herodis ira exterioresq; afflictiones: eiusdẽ denotat sęuitia. Ideo sequitur. Tunc Herodes videns: quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem. ¶ Latent plurima in euangelii verbis mysteria, quę illuminato lectori, & meditanda dulcius & latius aperiẽda relinquimus.

¶ De dono inexplicabilis iucunditatis, qua fruitus est Ioseph, propter cohabitationem Christi ac beatæ Virginis. CAP. XIII.



Magna est homini iucunditas, cum filiũ a se genitũ videt, cũ eoue cõuersat & cohabitat. Tũ quia in eo quoquo modo completur desyderium ppetuitatis, dicẽte Philosopho in secũdo de anima. Naturalissimũ enim operum viuẽtibus est quęcũq; perfecta & non orbata, aut generationem spontaneã nõ habẽtia, facere alterũ quale ipsum, quatenus ipso semper & diuino esse & imortali participent fm q; possunt. Omnia enim illud appetunt, & illius causa agunt quęcũq; agũt. Tũ quia vtile a filiis parentes exoptãt. Tum

Cur sit tãta i filiis delectatio.

quia in eorũ virtutib⁹ ac bonis gloriãť quasi in ꝓpriis.

¶ Verum cum diuus Ioseph Christũ maximũ verum Deum, certissima arbitrareť fide, inexcogitata afficiebatur iucũditate: quãdo nõ solum diuinũ esse & imortale participaret: sed ipse cuius est esse diuinũ & immortale, filiũ suum putari disposuisset: a quo imortalitatẽ deinceps sperabat, ardentissimo pectore ac magna & excellenti prudentia. Plurimi summũ bonũ pene excogitarũt esse; si nobilissima prole ab natura donarentur. At quę gaudia Ioseph expertũ fuisse credimus, cum omnis pncipium nobilitatis ac boni a se enutriri & custodiri animaduerteret. Didicerat, dudum Ioseph plurima sanctarum litterarũ dogmata, quæ Angelorũ illuminationibus, colloquutione Virginis beatissimæ, ac pſentia verbi Dei illuminãtis omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mũdum, Christũ Deum personare nouerit. Quocirca pro varia ætate Christi, diuersa expertus est solatia, quę sacrarũ nõ imemor litterarũ mente voceq́ reuoluebat.

¶ Incipe a pma Saluatoris infantia. Cõtẽplabať ea in ætate Ioseph nõnũq̃ Iesum infantulũ dormientẽ. Ecce de quo scriptũ est: nõ dormitabit neq́ dormiet, somnũ cepit & dormit. Mirũ negociũ. Hic est sponsus speciosus p filiis hominũ: de quo in canticis scribiť. Ego dormio & cor meũ vigilat. Dormit ergo in te o Iesu assumpta hũanitas, & cor tuæ diuinitatis semp vigilat. Infantulũ si forte vagientẽ voce illã diuina, audiebat, timore afficiebať, & dicebat. Ecce Deus noster filiis nobis effectus vagit & in nubib⁹ tonat. O quotiẽs infantẽ exosculans q̃dulcissime, aiebat. O fœlicia oscula, q̃ humani generis sancti pres p tot & tanta sęcula exoptarunt. Hic est enim, cuius oscula optanť a cãticis exordiẽtib⁹: osculeť me, osculo oris sui. Nõnũq̃ Ioseph, diuinũ infantẽ cõ-

Cõtẽplatio Iosephi sãtis Iesu.

Osculatio Iosephi sãtis Iesu.

syderabat, & prę gaudio eliqscēs dicebat. Pulchræ sunt genę tuæ, sicut turturis: collū tuū sicut monilia. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Dilectus meus cādidus & rubicūdus electus ex milib⁹. Caput tuū aurū optimū. Oculi tui sicut colūbæ super riuulos aquarū, quę lacte sunt lotæ & resident iuxta fluēta plenissima. Genæ tuæ sicut areolæ aromatū. Labia tua lilia distillantia myrrhā primam. Manus tuæ tornatiles plenæ hyacinthis. Vēter tuus eburneus distinctus sapphiris.

Verba Ioseph eliqscē/tis circa Christū infantē.

Et hæc mente ptractās, quę plena magnis sacramentis in canticis scribunt, mysticos Iesu Christo sensus copulabat. Hinc signātia verba replicabat, illinc signatū attēdebat, lætabat in his, gestiebat, & quasi supra hominis vires in diuinam rapiebatur naturam.

Verum, cum infans Iesus ore proferre verba cœpit, aiebat. Vox dilecti mei q̄ suauis & decora. Vox hęc illi⁹ est de quo scribit. Semel loquit Deus & ampli⁹ nō repetit illud. En repetit decies & ampli⁹. Hęc vox ei⁹ est, qui in prophetis loquutus est. Sed hæc humana est, quā auribus pcipio, loquutionē vero diuinā ab ęterno incessabilē, vnā & idiuisibilē nō audio: sed pr̄ q est in celis, spiritussanct⁹ quoq; & Angelic⁹ beatorū spirituū exercit⁹.

Verba Ioseph de Iesu ī fante lo/quī inci/piente.

Si vitā omnē per multa annorū curricula, quā Ioseph attentissime animaduertit in Christi infantia, pueritia, & adulescentia ac iuuentute prosequi voluero: consurgat caput in volumē grande necesse est. Quis quęso Ioseph exarsisse nō crederet, cum Iesum contingebat, qui ignis venerat ignem mittere in terram volens vt ardeat. Quapropter contemplantis animi ardentissimæ flāmę, isthęc in lucem prodenda relinquo.

De ardore Io/seph ita/ctu Chrī sti īfātis

De cōuersatione itidem beatissimę Virginis tacēdū censeo, quę eodē igne sancti spiritus, ab fideli contēpla

De ɔuer/satione

tore animaduerti poterit. Fuit.n.teste.B.Hieronymo, Ioseph & beatissimæ Virginis societas, floridus & prorsus imaculatus affectus. Virginē nāq; beatissimā sanctitatis angelicæ habere, illam videre, cum illa morari, & cū eadem operari, illi conuiuere & illi conuiuari astante filio Dei: ara est cœlestis exultationis & tripudii.

Ioseph cum.B. Virgie.

¶ De dono paris laudis beatissimæ Virginis & sancti Ioseph, in inuētōe pueri Iesu in tēplo. CAP. XIIII



Agnum & admirabile sacramentum, Lucas euangelista describens amissionis & inuentionis pueri Iesu in templo, paribus laudum generibus Deum affecisse, Ioseph & Virginem beatissimam, exploratum reddit q̄clarissime.

¶ Est autem primum genus. Communis parentis dignitas.

Septem gn̄a paris laudis.

¶ Secundum. Eiusdem nescientiæ paritas.

¶ Tertium genus est. Similis laboris anxietas.

¶ Quartum est. Vnius termini hylaritas.

¶ Quintum. Eiusdem responsi honorabilitas,

¶ Sextum est genus laudis. Vnius itineris iucunditas.

¶ Septimū est paris obediētiæ sublimitas. ¶ Hęc laudū genera, non caracteribus incertis aut sparsim collectis, non metaphorico eloquendi more, non excogitata diu multūq; expositione, non violenta verborum interprętatione: sed ipso more simplici sacrarum litterarum ac historiæ nuda enarratione, exprimitur q̄lucidissime.

¶ Iesu enim parentum cōmunis dignitas ter repetitur: cum Euangelista ait. Ascendētibus parentibus eius hierosolimā. Et iterum. Et non cognouerunt parētes eius. Et item. Ego & pater tuus dolentes, quęrebamus te.

De cōi parentis dignitate.

De eiusdé nescientię paritate.

¶ Verum eiusdem nescientiæ paritas, attribuitur Ioseph ac beatissimæ Virgini, cum dicitur. Et non cognouerunt parentes eius. Nescierunt ergo Ioseph ac Maria hierosolimis remásisse Iesum. Nescierunt pariter illum esse in comitatu, vel non fuisse: sed ꝙ nõ erat vtriꝗ arbitrati sunt: Maria opinante, ꝙ in comitatu virorum cum Ioseph esset: Ioseph vero existimáte ꝙ in mulierũ caterua cum Maria matre foret. Neꝗ hæc nescientia, crimini ascribenda est, quippe quę neꝗ incuriæ defectu, neꝗ negligétię, neꝗ imprudentiæ euenit: qui summa charitate, toto studio, totaꝗ mẽté curę diuini euigilabant infantis. Voluntas itaꝗ Dei fuit vt inter sūmam solicitudinem, de filio Dei iam puero eundem amitterent filium, vt ex eius absentia gloria Dei, parentũ meritum, altissimũꝗ diuinæ prouidentiæ consiliũ, simul explorata redderentur. Tenebrę igitur huius nescientiæ, similes extitere tenebris noctium æstiuarũ; quę absentia solis, rorem terrę nascentibus subministrant, quo nutriuntur, frondescunt, magis magisꝗ fructificant. Nescire ergo, meritum, non crimen, aliquando est; & a Christo anathema esse pro fratribus, pro illius gloria, pro diuinæ voluntatis imperio. Qꝫ autem dicitur. Et ipsi nõ intellexerunt verbum, quod loquutus est ad illos: nostrę quidem fauet intentioni: sed explanatione eget altiori.

De sil's laboris anxietate.

¶ Tertium laudis genus est, similis laboris anxietas: dicente Euangelista. Requirebát eum inter cognatos & notos. Et nõ inueniétes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum, inuenerunt illum in templo. Et pauloinferius, diua mater cõmunis doloris exprimens anxietatem, dixit. Ecce pater tuus & ego dolentes, quęrebamus te. Par labor, par dolor, par solicitudo a simili fluxerunt charitate.

¶ Quartũ

¶ Quartū genus laudis est, Vnius termini hylaritas. Diuerso nāq; itinere vno vero affectu Iesum perquirē-tes, illum pariter inuenere. Inde euāgelista ait. Et factū est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum. Qui pariter Iesum quęrunt, ac pariter inueniunt, pari laude digni existunt. Allegoriam, hic quęso, ne parumper renuas. Iter, affectus, labor, varia virtutum incrementa sunt: quo itinere in Deum tendimus, dicēte Domino Abraæ. Ambula corā me. Terminus gloria Dei est, quam pręparauit Deus diligentibus se. Hinc Abraæ dictū est a Domino. Ego enim merces tua magna nimis. Allegorico itaq; sensu, argumentemur Ioseph cū beata Virgine, pariter inuenisse apud superos Christum. Ipsa quidē pręeūte Virgine, quod nobis eius solius loquutio, denunciat in euangelio dicente. Fili quid fecisti nobis sic. Merito autem post triduum hoc gaudium termini hylaris euenit: quia post tertium genus eiusdem laudis, hoc quartū comperitur. Sed hæc hactenus.

De uni^9 termi hylaritate.

Allegoria pulchra.

¶ Quintū genus paris laudis est, eiusdē responsi honorabilitas. Quid est inquit q me quęrebatis? Nesciebatis, quia in his quę patris mei sunt, oportet me esse. Hac responsione Ioseph & Virginem, cōmuni parētis dignitate, Iesus venerat. Et quid est inquit, q me quęrebatis, o pater meus & mater mea? Hic locus est singularis, vbi Christum semper parētis nominē prosequutum fuisse sanctum Ioseph suspicamur. At morē hunc loquendi Christi, expressius innuit Virgo beatissima, cum ait. Ecce pater tuus & ego. Illa virum, Ioseph vocabat; Iesus vero patrem. Coniugis nomen, familiare Virgini erat: Christo vero parentis, vox assidua. Quare familiaris eloquutionis Christi, cōsuetudinem

De eiusdem rñsi honorabilitate.

Loc^9 singularis euāgelii.

virgo ſequuta, dixit. Ecce pater tuus & ego dolentes quęrebamus te.

De uni⁹ itineris iucunditate.

¶ Sequitur ſextum genus laudis quod dicitur. Vnius itineris iucunditas. Et deſcendit, ait Euãgeliſta, cum eis & venit Nazareth. Cogita inuento gaudii auctore, inuẽto puero cœleſti, inuento Deo ipſo, quibus gaudiis qua mentis iucunditate, quibuſq; verbis lætabant᷑, exultabant, geſtiebant, ambulantes & domum redeuntes. Virgo pueri dextram tenebat, Ioſeph ſiniſtram, quaſi pauidi, ne illum denuo amitterent. Q᷑ ſi non timentes amiſſionem, ſaltim fruentes eius pręſentia, qua triduo caruerant. Et forte illis, dies vnus fuit ſicut mille, pręf doloris magnitudine. Finge ſolem mundi huius viſibilis nunq̃ biduo ortum aut triduo: quãobrem mortales lumen vidiſſe nunq̃: niſi nocturnum: ceu poeta refert dicens. Impiaq; ęternam timuere ſęcula noctem. Tertio itaq; die, quales credimus hominum cogitationes: timores: ſuſpiria: anxietates fore? Quę quęſo vota? quę lachrymę: quę voces: qui clamores, cœlum aſcenderent? Ieſus puer duodecim anniorum charior, iucũdior, ac gratior erat diuinis parentibus, ſole ſenſibili, quem ipſius ſolis creatorem eſſe certo certius tenebant. Illo ergo amiſſo, quantum doluiſſe illos, tertia pręſertim die, credimus. Vbi eum viderunt, quãta affectos pariter iucunditate arbitramur. Eadẽ igitur erat iucũditas vnius itineris, eadẽ exultatio, idem mentis tripudium.

Typus.

De paris obedientię sublimitate.

¶ Vltima deniq; laudũ a nobis poſitarum nunc laus eſt, paris obedientię ſublimitas. Hęc maioris arguit dignitatis, ſanctum fuiſſe Ioſeph, q̃ vlla mortalium ingenia excogitare queant. Quis enim intelligere poterit illius maieſtatem, qui Deo imperauit, cuiq; Deus ipſe ſubiectus fuit? Ebetis ſunt ingenii, qui Ioſeph munera


a Deo concessa non esse peculiaria: summam arguentia sanctitudinem, innocentiam, charitatem, gloriam? Et erat, inquit Euãgelista, subditus illis.

¶ Sed hic queritur. Hæc subiectio aut erat publica tãtum: aut familiaris & latens solum: aut vtroq; modo: quod asserere cogit actus ille obedientiæ factus coram doctoribus, quando illis relictis descendit, cum parentibus quasi subiectus. Si itaq; patens & publica: cur nobis manifestata minime fuit? Cur illi actus in sacris nõ expressi litteris, vt normam viuendi inde sumere liceret? Sed tanta erat horum parentum veneratio, erga filium Iesum; vt altissimi fuerint ordinis, actus illius obedientiæ. Non eos intelligeret humanum ingeniũ: quia tantæ charitatis expers existit. Q; si sancto spiritu quis ferueat, plurima percipiet, quæ conuenienter exprimi verborum serie nequeunt. Fatemur Angelum angelo obedire apud superos, & modum ignoramus, quia alterius existunt ordinis obedientiæ illius actus a nostris. Ingenium: amor: reuerentia Ioseph ac Virginis beatissimæ, diuinitas sola in Christo, quę eos delegerat parentes, hæc nobis inexplicabilia affirmant: exclamant: sole clarius ostendunt. De illorum existunt numero hæc, de quibus Ioannes euangelista scribit. Sunt autem & alia multa quę fecit Iesus, quę si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mũdum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Non itaq; admirandum est, si mundo inexplicabilia, scripta non fuere: quia mortalium nullus, ea quoq; imitari posset. Quod vero imitabile est: litteris demandatum fuit. Et erat (inquit Euãgelista) subditus illis. At, cum nos balbutiẽdo, excelsa Dei resonare satagamus, accedat homo ingenii

Cur modus subiectionis christi in domo parẽtũ nõ ẽ manifestat⁹ nobis.

prestantis ac catholici animi ad cor altum: & interiora domus Christi, quam obediens Ioseph ac virgini Matri inhabitauit puer, adulescens, ac iuuenis Iesus, ingrediatur: limina conscendat fide clarus, Christum nunc parentes alloquētem, nonnunq̄ in mensa positum, aliquando laborantibus suffragantem, nunc lecto iacentem, aut surgentem, deambulantem, cum parentibus sedentem, ac eos alloquentem, imaginetur. Discutiat singula nunq̄ immemor, ea a diuino fieri supposito. Et me domum quidem tangentem adiudicabit: sed interiora nescientem exprimere. Cęcos quoq; aliter sentientes, non ambiget.

¶ De dono pręcipui amoris sancti Ioseph, erga Christum. CAP. Quintūdecimū & vltimum.



AMauisse Ioseph Christū Deum ea dilectione, quā nemo filium aut amicū aliquādo dilexit; ratio asserere cogit, persuadent opera, interioriq; spiritu illumināte, mēs credit catholica, affirmat & pdicat. Deū.n.oīa appetūt, vt sacri pbant Theologi & quāto magis Deus cognoscit, tanto magis diligit. Sed Ioseph pfecte cognouit ſm statū hoīs mortalis, Christum verū Deū: Illum igitur ineffabili amore dilexit.

Pría rō pbās excellētias amoris Ioseph.

¶ Amplius. Pulchritudo filii, accēdit amorē pris amātis. Sed Ioseph Christū speciosum p filiis hominū, in cuius labiis erat diffusa gratia, intuebat, amplectabat, osculabaturq;. Ergo inexcogitato amore illū dilexit.

Secūda.

¶ Pręterea. Spes de filio in magnū uirū euasuro, patris amorē auget uehemēter. Sed Ioseph uiua fidē credebat Christū Deū verū, sperabatq; iuxta āgelica pmissa illū futuꝝ Saluatorē mūdi. Igit uehemētissime illū dilexit.

Tertia.

¶ Adhuc. Abraã figura fuit Ioseph Isaac Christi. Sed Abraam, pręcipuo amore Isaac dilexit: ergo pariter Ioseph Christum amauit. Quarta.

¶ Item. Salomon a patre dilectus fuit, quem post se Regem futurũ nouerat ac Christũ figurare: ergo & Ioseph amore pręcipuo Christum amauit. Qui ampliora de Christo credebat. Quinta

¶ Adhæc. Ioseph Christo semp deseruiuit, ac eius genitrici & fideliter: nulla deuitãs discrimina, nullosue labores effugiens: ergo amor illius in Christũ pręcipuus fuit. Operatur enim magna, inquit Gregorius, amor si est: & quanto maiora, maior: & eo qui ponit animã suã pro aliquo, maiorẽ charitatẽ nemo habet. Quę oĩa ardentissime pro Christo egisse, sanctũ Ioseph credim⁹. Sexta.

¶ Accede vero ad cor o fidelis, & diligentissime attende, Ioseph non minus desyderauisse aduentum Christi, q̃ patres antiqui cupiuerint: dicentes. Vtinam dirũperes cœlos & descenderes. Putas durabo, putas videbo. O si me inueniat illa natiuitas. Paribus, ardore ineffabili, succensus desyderiis Ioseph, cupiebat infantem Iesum videre. Qui egressus ex vtero Virginis matris, visusq; a Ioseph & adoratus, illius cor vulnerauit, ęterni vulneris indesitura cicatrice. Hoc egisse, ꝓculdubio docet diuinæ bonitatis mos; quę ad eam accedentes vulnerat & accendit. Verum, ab ea hora citra, nouum hominem Ioseph induisse nõ ambigimus. Qui prius mũdus & sanctus, mundior deinceps fuit & sanctior. Infantem Iesum, O quotiens Ioseph brachiis gestabat, eius amore languens. O quotiens iam loquenti Iesu & rationem ostendenti, dixit Ioseph. Quid a me petis o fili mi. O Deus immortalis, annue, iube, impera, quia quem patrem putari mandas, seruum tuum se esse ge-

Dulcis meditatio iũcta cõtẽplationi.

Loquutio Ioseph cũ Christo.

ſtit & gloriatur. Quis te non diliget pulcherrimum, ſapientiſſimum, fortiſſimum, potentiſſimum, amantiſſimum? Tu enim es verus Deus. Tu ſapientia patris. Tu ſplendor gloriæ. Tu ſalus humani generis. Te adoro o fili mi. Te amo, & a te amari opto. Suſcipe famulatum, quem tibi & tuæ ſanctiſſimæ genitrici exhibere ſatago. Vbi ego mortalis & infirmus defecero, tu annuere digneris. O dulce ſolatium. O fons amoris, liquefacta eſt in te anima mea, prę tui amoris dulcedine. Talibꝰ vehementiſſimi amoris verbis reſonabat vox Ieſu ſuauiſſima, facieſq; letior eius videbatur. Quocirca pręcipuo & inexcogitato amore, Chriſtum amauiſſe ambigendum minimę eſt. Da Chriſtum Ieſum dominũ amantem, da illum deſyderantem. Et hæc omnia luce clariora eſſe aſſeuerabit, probatione non egentia: ſed dulcis amantis meditatione.

Liqſcit aĩa Ioſeph.

Probatᷣ intentũ ab interiori ſpiritu.

Finis ſecundæ partis Summæ de donis ſancti Ioſep.

PROHEMIVM IN TERTIAM PARtem Summæ de Donis sancti Ioseph, spõsi Beatissimæ Virginis Mariæ, ac patris putatiui Christi Iesu Dei immortalis, æditã a Fratre ISIDORO de Isolanis Mediolanense, vitæq; regularis ordinis Prædicatorum.



NTEREA secũdo delati vento, & iam cœlum vndiq; & vndiq; cœlum, radiantibus munerum diuini Ioseph syderibus ornatissimum intuentes, pręclarissima benedictionum illius dona, tãq̃ a puppi ꝓsequamur. Nostra q̃uis cymba, tantæ virtutes maiestatis deferre, per equoris rabiẽ scopulosq; frementes, tuto minime ausit, fortunam tamen arduosue fluctus superare, magni igniculis animi recta non renuit, aggreditur, tentat, satagitq;. Porro vbi intenderis si valet ingenium, si haud inane ab Lybanio sophista dictum legim⁹. οὕτω γνώμης ἔχουσιν ἐξ οἷς φιλεῖ τὰ πράγματα φέρεσθαι. idest. Qui sic animo sunt affecti: iis solẽt res ex sentẽtia succedere: quod nequaq̃ anceps dogma esse, cœlestes docent litterę dicentes. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me nostra audentior spes, temeritas vsquequaq; censenda non est. Paruo quidem remige dutissima Thetidis regna percurrimus: at ardens indefessæ mentis manus, emicet, cum pelago proram cogat, contra audentior eat, qua me fortuna sinet. Dabitur superi numinis aura, qua tandem magnis pelagi defunctus periclis, via mihi prima salutis ab hoc pandatur volumine.

Dictum Lybanii sophistę

Verumenimuero paucula quædam præfari cogimur de benedictione quam toties sacra repetunt volumina, quibus dicenda, luce clarius intelligantur. Diuus Thomas noster Aquinas, cuius angelicas traditiões semper consectari studemus, in primę partis questione septuagesimasecunda, ait. Benedictio Dei significat, donorū eius collationem & multiplicationem. Quocirca aliud est benedicere Dei: aliud benedicere Deo: aliud benedicere Deum. Est etenim benedicere Dei, bonū in rebus creatis ꝓducere: siue bonas res ad esse deducere. Benedicere Deum, est bonum operari & in eius exerceri iustificationibus. Benedicere vero Deo, est confiteri laudes eius. Bonum inquit propheta, est confiteri Domino & psallere nomini tuo altissime. Homis itaq; benedictio donorum Dei est ac maiestatis cognitio. Dei immortalis multiplices varięq; benedictóes, apud sacros leguntur codices, quibus veteris ac noui instrumenti patres percelluere: quas pariter vnus Ioseph beatissimus possedit animus; vt Reginæ cœlorum sponsus esset, ac filii Dei pater non incelebris putaretur. Aperto igitur benedictionum thesauro magis magisq; Ioseph sanctitudinis altissimam dignitatem, demirabimur, laudibus efferemus ac totius imperii militantis ecclesiæ finibus, exploratam reddere satagemus, laudātes nomē Domini. Sed iam sacri huius instituti limites ingrediamur.

Diuus Thomas Aqnas.

Benedictio qd.

Multiplex benedicerē.

Finis Prohemii secunde partis Sūmæ sancti Ioseph.


¶ De donis benedictionum in vniuersali, ac diei sabbati. CAP. Primũ.

BEnedictiones singulas in sacris litteris expressas ambigendum minime, Ioseph a Deo fuisse cœlitus datas, si finẽ sanctarũ scripturarũ, si mores eiusdem sanctissimos, si singula quoq; eius cœlestia munera q̃attentissime consyderauerimus. Finis sanctarum litterarũ, Christus est: dicente Domino. De me enim illi scripserunt. Excellentia morum per similitudinem ad eundẽ Christum est. Dona quoq; hominũ prçclaram sortiuntur dignitatẽ a fine, qui est vita æterna. Scrutemur itaq; scripturas, & ante mentis oculum quascunq; benedictiones ponamus: & nobis exploratũ fiet, sanctũ Ioseph vberes omnium fructus percepisse. ¶ Benedixit autẽ Deus diei septimo: quia requieuit in eo ab omni opere, quod patrarat. O quotiens Iesu maxime in gremio Ioseph quieuisti, eius collum tuis tenẽs brachiis, illius hçrens pectori ac humeris. Quieuit igit Deus in Ioseph corporaliter. Quieuit spũaliter per donum gratie gratũ faciẽtis. Quieuit fiducia, desponsans ei matrem. Quieuit cura, vocans illum patrẽ. Quieuit lætitia, laboribus eius viuens. Vere Ioseph, magnus est dies ille sabbati, in quo quieuit Deus gloriosus ab omni opere quod patrarat. ¶ Verum; cum ex traditis in fide argumẽtari studeamus, ad cõprobandã dignitatem Ioseph, cognoscãt se ridiculos fore & ingenio debiles: qui talia in diuinis litteris nõ cõtemplant. Et hæc studiosis dixerim. Nam loquẽtes imperiti nõ magnipẽdendi sunt, ne sagittç paruuloꝝ fiant plagæ nostrç. Iãq; igit patrũ veteris instrumẽti benedictiones, referamus: dona Ioseph, voce personãtes cœlesti.

Quies mltiplex Dei i Ioseph.

Cõtra loquentes inipitos de sãcto Ioseph.

¶ De donis bñdictionũ primi parẽtis. CAP. II.



SCribitur Geneseos capite secũdo: Deũ primis parẽtibus in hæc verba benedixisse. Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & subiicite eã & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli & vniuersis animãtibus quę sunt super terrã. Triplex vero donum in hac benedictione designatur; fœcunditatis, subiectionis & dominationis: quę iuxta sensum allegoricum, pręclarissime in Ioseph micuerunt. Exponunt nẽpe doctores per terram beatã Virginẽ: ergo per Adã intelligi Ioseph, non absurde poterit. Hic nempe virgo, sponsæ Virginis ante & post partum fœcunditate gauisus est, ac eius fructu cuius odor cœlum lætificauit vniuersæ opprobriũ abstulit sterilitatis, & fœcundis dignam operibus gloriã attulit. Eandẽ terrã idest beatam Virginem, subiectam habuit: quia vera coniunx fuit illius eidemq; pręfuit, quę domina Angelorũ erat. Hac Ioseph pręlatione, cogitationibus dominatus est suis, quę per mundi huius equoreas mouẽtur procellas, pręfuit affectibus instabilibus, humanã cõsequẽtibus naturam & bene sensus regens corporis, animalia veluti terræ, subiecit. Hoc principatus munere, inferũ regna tenẽtes Ioseph superauit; angelos cœli habuit deseruiẽtes, & animãtibus idest hominibus ratione haudquaq̃ vtentibus, sua pręfuit sanctitudine. Primus homo Adã de terra terrenus: secundus de cœlo cælestis. Adam paradiso pręfuit terrestri: Ioseph Christo Deo, per quem factus est paradisus: pręfuit itidem beatissimę Virgini, quę in eodem paradiso pręfigurata fuit terrestri. Adam de paradiso eiectus fuit, propter peccatum: Ioseph in dies maiora accepit, propter gratiæ augmẽtum. Adam

Triplex benedictiõis primorũ parentum.

Ioseph ĩ in Adam intellectus.

Ioseph suis dominatus cogitationib⁹.

Excellẽtia Ioseph super Adã.

totius humanæ scandalum fuit reipublicæ! Ioseph per Iesum filium suum, vt putabatur, maculam illam abstulit, ac vndecunque deformē. Adam peccauit ꝓpter vxorem: propter suam Ioseph spōsam, ignotam mortalib⁹ dignitatem & gratiam a Deo accepit. Adam mortē inuenit: Ioseph Christū, qui vita est, enutriuit. Adæ mulier de latere sumpta est: Ioseph coniugio mundi regina iuncta est. Magnum Christi & ecclesiæ Adam sacramentum cognouit & a longe vidit: Ioseph, non tantūmodo Christum intellexit; sed etiam vidit, pauit & enutriuit: sanctę vero patronam ecclesiæ sponsam habere meruit Virginem beatissimam.

¶ De dono benedictionis Noe. CAP. III.

Benedixit quoque Deus Noe, ceu legitur Genesis nono. Et filiis eius & dixit ad eos. Crescite & multiplicamini & replete terrā. Ac plęraque similia benedictioni Adæ & Euæ. Verū ibidē duo addita sunt, ieiune haud a nobis pertranseunda. Primum est, cum ait Dominus. Quasi olera viuētia, tradidi vobis omnia: excepto ꝙ carnē cum sanguine nō comedetis. Terra virgo est beatissima. Terra quoque sacra scriptura, in qua vitam conseruantia oriuntur. Tradidit profecto Deus, iuxta sensus allegorici interpretationem, spiritualia bona sancto Ioseph Deus: excepto ꝙ carnem Christi Iesu cum sanguine non comedit, vt nūc fit in ecclesia. Corpus enim Christi quod brachiis gestauit, nūq̄ ore deglutiuit, neque sanguinē bibit. Nam ante institutionem sacramenti altaris, obiit diuus Ioseph. At cętera animalia, sano comedit palato. Prophetas enim intellexit, psalmos penetrauit, enigmata pa-

Comestio animalium mystica.

triarcharũ, nõ ignorauit sancto spiritu, beata Virgine, ipso quoq; Christo, maximo interpretantibus. O quotiens Ioseph, siue domi, siue in itinere beatissima Virgo, carnes decoxit prophætarum ac suo manducanda sponso proposuit, cum eorum dicta, proprio interpretata est spiritu. Carnem vero non comedit cum sanguine, Deo sic volente, q Ioseph legalia obseruare voluit.
¶ Secundum est; cum dixit Dominus. Hoc est signum fœderis quod do inter me & vos. Archum meum ponam in nubibus cœli, & erit signum inter me & terram. Cumq; obduxero cœlum nubibus, apparebit archus meus in nubibus. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi vobiscum & cum omni anima viuente, quę carnẽ vegetat; & non erunt vltra aquę diluuii ad delendã vniuersam carnem.

¶ Pro clariori horum intelligentia, sensum sequendo allegoricum, memorandum sancti Ioseph tempestate. Diabolum vniuersam cooperuisse terram, aquis ignorantię, infidelitatis & vanitatis. Nã Romani totius fere orbis principes idolatræ erãt inanissimi: iudei vero pp sua peccata, Deo nimis ingrati cõperiebant. Quãobrẽ vitam degebãt sub infideliũ imperio, Christum tandẽ cruci affigẽtes. Erant aũt pauci, ceu valde rõnabile est, qui in fide diuinę puidẽtiæ legem obseruantes naturalem, aut in fide Christi venturi degẽtes sub lege Moysi saluari meruerunt. Hi assimilabantur Noe, qui continue, vt ait Iosephus, Dominũ rogabat, ne vltra disperderet aquis diluuii omnem terram. Rogabant, siquidẽ & prestolabantur aduentum Domini in carne: iuxta illud prophetę: vtinã disrũperes cœlos & descẽderes.

Iris christum significat.

¶ Secundo animaduertendũ Iridem Christũ significare: veluti docet singulr̃ sanct⁹ Thomas in quolibeto

tertio.q.14.ar.pmo. Nubes vero diuinas apud litteras, indicare sanctos nemo ambigit. Licet enim sint terrestres corpore: mēte tamē sunt a terrenis eleuati, ardoreq́ȝ terrenorū, suis moribus, verbis & scriptis, tēperāt. Terrenis quoq́ȝ dant hominibus virtutē germinādi. Quibus nubes aptissime signare sanctos, declarat. Quis ita cęcus & minus pspicax inuenit, qui prędictis animaduersis, non videat in sancto Ioseph, huius donū bndictiōis Noe magis magisq́ȝ claruisse. Nubes fuere tēpore suo, beatissima Virgo & Ioseph, suaq́ȝ excellētia cæteris eleuatiores nubibus, in quibus Christus Iris, posit⁹ fuit. Quo viso, diluuiū amplius vniuersale timēdū nō est: ipso dicēte. Ecce ego vobiscū sum, vsq́ȝ ad cōsūmationem sęculi. Diuus igitur Ioseph, donū benedictionis Noe consequutus est. Ne vero titubes, o lector, in his; & vt incredulus supremę dignitatis sancti Ioseph altitudinem sine velamine contingas: reminiscere, cōmuni Doctorum sententia, archā Noe, beatam significare Virginem. Igitur Ioseph, pariter Noe, figura fuit. Cūq́ȝ figuratum, ampliori dono, vigeat q̄ figura, vt sic, ignauus & intellectus egritudine laborans, qui a Deo benedictionem datam Noe, perfectius inueniri in sancto Ioseph, corde minime credit.

Nubes signant sanctos

¶ De dono benedictionis Iacob. CAP. IIII.



Saac benedixisse Iacob filio suo, sancto edocente spiritu. Genesis capite. 27. in hæc verba legitur. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti vini & olei, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuę.

Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit, tibi benedictionibus repleatur.

Hec benedictio quinq; continet.

Abundantiam necessariorum.

Dignitatem bonorum.

Fauorem populorum.

Ammotionem malorum, &

Largitionem bonorum.

Christ⁹: roris nomine ac pluuię signaẜ.

Pro notitia altiori primę benedictiōis iuxta sensum allegoricum, memēto in sacris littęris, Christum roris ac pluuię vocib⁹ significari: psalmigrapho dicēte. Descēdet sicut pluuia in velus. Et sicut ros hermon. Ecclesia itidē cōcinit. Descēdet sicut ros in vterum Virginis. Terrā supius quoq; meminim⁹, beatissimā mundi reginam indicare: cuius pinguedo fuit humilitas in tēporalibus, quā dn̄s respexit. Frumentū quoq; Christus est, ex quo panis ī ecclesia cōficiẜ: de quo pariter in psalmo dicitur. A fructu frumēti & olei sui, multiplicati sunt. Ipse idē vinū de quo scribiẜ. Bibite amici & inebriamini charissimi. Adhuc ros cœli, gratia est cōtēplationis, pinguedo terræ, gratia actionis, ex quibus fit frumentū fidei & vinū spei, lætificās cor. Paulo docēte ad Ro. 12. Spe gaudētes. Oleū deniq; emanat charitatis. At prędictis, quecūq; corpori ꝓducūt, intelliguntẜ. Exploratum vero est p̄fatis omnibus diuinū Ioseph fuisse gauisum.

Considerato aūt Ioseph copiā non habuisse panis: sed frumenti. Nondum enim Christus, panis erat: sed frumentum iudeorum passionibus cōterendum. Quāobrē, Christus ante passionē granū frumēti se vocauit dicēs. Amē amē dico vobis: nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet. Io. 12.

Verum secūda benedictio a nobis bonorum digni-

tas nuncupata, his explicatur verbis. Seruiant tibi populi, & adorēt te tribus. Esto dn̄s, fratrū tuorū. Populi sunt gentiles, tribus iudei, fratres christiani. Pręterea populi plebes, sunt iudeorū, tribus capita, fratres patriarchæ & prophetæ. Qui ad fidem, vocati sunt gētiles, seruierunt sancto Ioseph: per exhibitionē honorū: p largitionē muneꝝ: per cōscriptionē librorū. Iudei pariter ac christiani, beatū adorauerūt Ioseph, vt beatissimæ Virginis sponsum ac veneratorē pcipuū, vt Saluatoris patrem putatiuū, & vt illius enutritorē charissimum. Inter patriarchas deniq; ac prophetas Ioseph habet vt dn̄s ꝑpter apertā visionē, (Multi enim reges & ꝓphetę voluerūt videre, quę Ioseph vidit & nō viderūt) pp sūmā pfectionē, ac pp pclarissimā noiationē. Dictus eni fuit pater Dei, sponsusq; fuit reginæ mundi.

¶ Tertia benedictio, his innuitur verbis. Et incuruentur ante te filii matris tuæ. Hi proculdubio sunt iudei in Christum credentes, & nationes in Syria ac partibus orientalibus habitantes, qui solemniis & ingenti lætitia, festum sancti Ioseph celebrare cōsueuerūt. Iamq; in partibus occidētis, spiritussanctus seminauit, in mētibus populorum, vt singulares sancto Ioseph exhibeant honores. Qua veneratiōe, multa āmoueri mala a fide catholica, & pluribꝰ affici bonis, fideles nō ambigimus, meritis ac pręcibꝰ sanctissimi Ioseph. Benedicite igit o populi sancto Ioseph, vt bn̄dictōibꝰ repleamini. Aduerte

¶ Enimuero, p̄missis vel leuiter animaduersis, quinq; benedictionum Iacob excellētiam in beato Ioseph inuentam fuisse, luce clarius constat. Nec quinq; benedictiones sub trinario compręhēsa numero, minus explicantur: sed magis magisq; vniuntur; vt cōmunicatis radiis pręclare nimis effulgeant.

¶ De donis benedictionum singulorum filiorum Iacob. Cap. V.



Enedictiones duodecim filiorũ Iacob recensitæ a sacris litteris: Genesis capite. 49. famosę sunt & virtutũ proprietates, quę verę sunt benedictiones innuentes. Quãuis autẽ sub benedictionis titulo omnes contineant: nonnullæ tamen illarum prophetiæ sunt: & potius maledictiones q̃ benedictiones. Vere itaq̃ benedictiones, tantũmodo prosequamur. dicitur Genesis. 49. Iuda laudabunt te fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorũm tuorũm. Adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, Ad prędã ascendisti fili mi. Requiescẽs accubuisti, vt leo, & quasi leena, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius: donec veniat, qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium, ligans ad vineã pullum suum, & ad vitem o fili mi asinam suam: lauabit in vino stolã suã, & in sanguine vuæ palliũ suũ. Pulchriores sunt oculi ei⁹ vino: & dẽtes ei⁹ lacte cãdidiores.

Quędã benedictiões Iacob sunt ꝓphetię

De bñdictiõe Iuda.

¶ Quibus verbis, apte, charitatis ꝓprietates significantur. Charitas enim per Iudam intelligitur. Est autẽ charitas virtutum dignissima: propter prioritatẽ: quia maior: propter virtutem: quia cæteras informat & propter vtilitatem. Nam vitia opprimit, sensualitatẽ extinguit, demones vincit, Christo iungit & sanctę matris ecclesiæ membris viuis ac veris vnit: quę omnia magnifico sensu, in prẽfata benedictione, si attentius meditabere, contineri inuenies. Cumq̃ charitas sanctissimi Ioseph magna fuerit: vberes quoq̃ benedictionis huius ꝓprietates, in eo radiarunt. Adde iuxta sensum litteralẽ sententiæ illius benedictionis, cæteris benedictionẽ pręclariorem

Charitatis ꝓprię tates.

riorem, esse Christi venturi natiuitatẽ: cuius fructũ nẽmo de tribu Iudæ copiosiorẽ, iucũdiorẽ, ac dulciorem accepit, q̃ Ioseph. Benedictio igiť Iudæ in Ioseph sublimior ac fœcundior inuenitur.

De benedictione Zabulon.

¶ Sequitur Zabulon: per quẽ, vt expõit Magister de sancto amore, significatur zelus animarum: cuius sunt proprietates: peccantes odire: Deũ placare: mala patienter tolerare: inter malos blande viuere: a Deo inferiorem illuminationẽ, ac dona spũalia suscipere: quę oĩa significari mystice intelliges, cũ a Iacob dicitur. In littore maris habitabit: & reliqua. In Ioseph vero innocẽtissimo, Christi hostiæ totius mundi, enutritore etiam inter persequutiones, quẽ angeli admonere non cessabant in necessariis, munere pręclarissime huius benedictionis donatũ fuisse, nemini locus superest dubitãdi.

De benedictione Isachar.

¶ Alius fili9 Iacob fuit Isachar: p quẽ vt glosa ait, internũ gaudiũ designať. Huius benedictio altius speculata, proprietates eiusce gaudii interioris exprimit.

Propetates gaudii interioris.

Prima est: quoniam gaudium interius falsam excludit delectationem.

Secunda, vanam perturbationẽ elidit.

Tertia, est merces laborum.

Quarta, mentem stabilitat.

Quinta, animum roborat.

Sexta, hominem humiliat.

Septima, animum in suspendium eleuat.

Octaua, terram prospicit.

Nona, requiem sentit.

Decima, gloriam Deo ascribit & reddit.

¶ Has proprietates distinctius enumerare libuit: quoniã, Virgine beatissima excepta, nullus mortaliũ tanto gradu gaudii ĩterioris gauisum fuisse crediderim: quã

to sanct9 Ioseph, ppter cœlesté Virginis cóiugis pñtiā, ppter Christi infantiā ac pueritiā, & ppter singularem Angelorū custodiā. s. mens deuota ad interiora, & hæc meditans altiora de sancto Ioseph semper opinabere, q̄ ea quę nos balbutiendo resonamus, scribendo non explicamus: sed exprimendi animum adesse ostendimus. Maxima enim mens mea de sancto Ioseph opinatur, ac certo certius credit: sed melius dispositis contemplanda relinquit, distinguenda remittit: sed explananda ad plenum, minime promittit.

De benedictione Dan.

¶ Sequitur benedictio Dan, his verbis explicata. Dan iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel. glo. Per officium Dan, illecebrosas cogitationes comprehēdimus, arguimus, dānamus, castigamus. Recte enim Dan, idest iudiciū vocatus est. Consyderāti vero ea quę in superiorib9 de altissima cogitatione sancti Ioseph scripsimus, constat q̄ prȩclarissime huius fructū benedictionis eum fuisse consequutum. Hic est Dan, qui in futuro iudicio, populum Israel iudicaturus est, iudicio confessionis, comparationis & approbationis. Nullus profecto patrum veteris instrumenti, maiori arguet ingratitudine tribus Israel, q̄ Ioseph, qui mundi Saluatorem apud iudeos ab eo nutritum, tam crudeliter crucifixere. Ipse idem quoq; cum sponsa inumeras ab iudeis perpessus est angustias. Recte igitur, bñdictio Dan sancto ascribenda est Ioseph.

De benedictione Gad.

¶ Gad benedictio hęc est. Gad accinct9 prȩliabit᷑ ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Qui prȩlium ineunt aduersus pietatem, accincti retrorsum, merito dici possunt. Ioseph ergo iusto bello contra tyrannos aduersus dominū ac Christum assistētes, prudentiaq; dimicans diuino cósilio, alienas petens regiones atq; apud exte-

ros humilis habitans, Gad alter extitit.

Sequitur benedictio Neptalim. Neptalim ceruus emissus, dãs eloquia pulchritudinis. Ex glosa colligit, q per Neptalim intelligitur contemplatio inuisibilium per visibilia cum doctrina. Ceruus enim a terra eleuatus, neq; terram deserens, aptissime id contẽplandi genus insinuat. Cõsyderato, post cõiugem suam, primũ esse Ioseph, cui in sũmo hæc bñdictio conueniat. Deus enim, homo factus cum sit: vt per hominem Deum cognoscamus, & visibilis naturæ cogitatio ad inuisibilia nos pertrahat beatissimam mundi Reginam ac Ioseph huiusce benedictionis fructũ consequutos fuisse, ambigendum nõ est: apud quos idem Deus homo factus habitauit, a quibus enutritus fuit: quosue primos, loquẽdi more, consolatus est. O beatissime Ioseph, si ceruus es, quomodo eloquia das pulchritudinis? Cerui nẽpe eloquutõis sunt exptes. Sed eo loqueris modo, quo ceruus esse describeris. Ceruus es opis imitatiõe, eloqa vero donas contẽplatiõis benedictiõe. Dies es pfecto, nobis eructãs verba pulchritudis. Q pulchra eloquia tua sunt o beate pater: qa apud te loqui didicit ille de quo scriptum est. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternũ. Ille inq̃, qui linguas infantium facit disertas, in tuis residens brachiis, tuoq; hęrẽs pectori, loqui cępit. Quocirca Neptalim, merito dici potes, dans eloquia pulchritudinis.

De benedictione Neptali

At nunc dicẽdum est de benedictione Aser, quę talibus explicat verbis. Aser piguis panis eius, & pbebit delicias regibus. Aser interptat atriũ. Panis Christ⁹ est ipso dicẽte. Ego sum panis viuus: de quo pariter dicit psalmo. 44. Vnxit te Deus, deus tuus oleo lętitiæ prę consortibus tuis. Quocirca apte nimis huius benedi-

De benedictione Aser.

ctionis dignitas, sancto cōuenit Ioseph. Atrium enim fuit Virginis beatissimæ: cuius maiestatē porta templi speciosa designat. Christus itidem nunc pinguis panis, delicias prębet regibus. Inde glosa inquit. O qualis panis eius. O quales delicie eius: quę tantū sapiūt regibꝰ talibꝰ. Certe reges isti iam ad nuptias introierūt, iam ad illud æternū ꝯuiuiū sedēt; iamq; illo pane Angeloꝝ in deliciis ęternis, vescūt; iam torrēte voluptatis inebriāt, & adhuc Aser delicias insatiabilr esuriunt. Hæc glosa. Pulchre igit Aser benedictio, sancto Ioseph ꝯuenit.

Glosa.

De benedictione Ioseph.

¶ Sed iam de benedictione Ioseph filii Iacob, loquendum esset: nisi ore diui Bernardi, in superioribus satis dictum fuisset.

De benedictione Beniamí

¶ Quapp de benedictione Beniamin vltimo agēdū est, his verbis explicita. Beniamin lupus rapax mane comedet prędam, & vespere diuidet spolia. Hæc benedictio tria continet. Primum est. A culpa, perditorū omnium ereptio. Secundum in gratia, de ereptione congratulatio. Tertiū in gloria omniū & singulorū congratulatio. Hæc vero tria, cum effecta sint per Christi virtutem: eorū fructus quoq; specialr sancto debet Ioseph: quia illius putatus est genitor: quia illius assiduus enutritor: quia eius & ab ipso factoꝝ pcipuus amator & venerator. His itaq; apertū fit vere benedictiōes filiorum Iacob, diuo Ioseph cōuenire. ¶ Fient autem hæc manifestiora sublimius cōtēplanti: quomiā Christus est a patriarchis pręfiguratus, in eorum gestis signatus, atq; ab omni littera sacræ scripturæ contectus. Quam vbi velamine exueris, intuebere, filium beatissimæ Virginis ac Ioseph, vt putabatur. Ideo eadem littera exprimitur, Deo volente, qui litteram fecit, & super viros mundi quosq;, sanctum sibi coniunxit Ioseph.

¶ De donis duarũ bñdictionũ Balaam. CAP. VI.



LEgit' numeri capitib⁹ vigesimotertio & quarto, Balach regẽ moabitarũ, euocasse per nuncios, Balaã; vt malediceret populo Israeli, cõtra se pugnaturo. Qui spiritu Dei actus quater nõ maledixit: sed eidem benedixit. Prima vero benedictio statum pręsentẽ populi Israelis tunc, respiciebat. Secunda pręteritũ. Tertia futurũ. At quarta magis causam benedictionũ expressit, q̃ benedictionẽ nouam. Prima itaq; his exprimitur verbis numeri. 23. De sũmis silicibus videbo eum, & de collibus cõsyderabo eum. Populus solus qui habitabit, & inter gentes non reputabit'. Quis dinumerare possit puluerem Iacob & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea, horũ similia. Hæc benedictio felicem vitam viri perfectissimi, sensu explanat mystico. Cuius sunt quinq; conditiones.

¶ Prima est conuersationis altitudo. Et hæc est duplex vel imitatione Angelorum: vnde ait (de summis silicibus) vel exemplo sanctorum hominum, qui colliũ nomine a diuinis vocari litteris consueuere. Hæc autẽ cõuersatio roboratur & perficitur contemplatione Dei. Quare sequitur: consyderabo eum. Quinq; cõditiones uitę uiri pfectissimi.

¶ Secunda conditio est a malis separatio: siue demones sint siue homines. Hæc ponitur ibi, populus solus.

¶ Tertia conditio vitæ perfectissimæ est, actionũ perfectio siue interiores sint: siue exteriores. Actiones enim exteriores semper sunt turbulentæ puluere terrenorũ: iuxta illud Saluatoris. Martha Martha sollicita es & turbaris erga plurima. Interior vero clara & vna plures parit; iuxta illud psalmi. Dies diei eructat verbum. Hæc

vero per nomen Israelis rectius signatur, exterior vero per Iacob. Inde dicit. Quis dinumerare possit puluerē Iacob & nosse numerū stirpis Israel: qua de re.

Quarta cōditio est, seminis multiplicatio, idest spiritus, quę declarata est.

Quinta est in fine qetatio. Et hic duplex: bona mors, & beatificatio. Quocirca sequitur. Moriat anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Verum prętatæ benedictiones sancto Ioseph excellentissime conueniunt. Fuit enim conuersationis angelicæ, propter deiformē virtutem, peccati imunitatē, ac cœlestem virginitatem. In carne etenim pręter carnem viuere, nō humanum, sed angelicum est. Primam vero necessario comitatur secūda. Excellentia itidem actionum siue interiorum siue exteriorum in sancto Ioseph inuenta est, propter conuersationem Christi ac beatæ Virginis, propter singularē erga eos dilectionem, ac pp fidelem ministrationē. Hanc quoq; quarta sequuta est, quę est spirituū multiplicatio, qua attigit familiaritatē angelicā, virgineam & diuinam. Felici demū fine quieuit, propter sanctissimę vitæ efficaciam, propter Christi ac beatę Virginis pręsentiā, ac pp egritudinis verā patientiā. Quib⁹ patet primæ bñdictiōis Balaā pclariores fructus fuisse ꝯsequutū sanctū Ioseph, q̄ ipse ppl's Israel.

Secūda benedictio, talibus explicatur verbis. Numeri. 23. capl'o. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus deus, cum eo est & clangor victoriæ regis in illo. Dominus eduxit eū de Ægypto: cuius fortitudo similis est Rhinocerotis. Non est auguriū in Iacob, nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur in Iacob & Israel, quid operatus sit Deus. Ecce populus, vt leena consurget, & quasi leo erigetur:

Non accubabit donec deuoret prędam, & occisorũ sanguinem bibat. Hæc benedictio sensu allegoriæ magnifico, cõuenit sancto Ioseph. Cõtinet vero multas particulas de quibus singilatim dicẽdum. Prima est sincera latria. Idolatria autem nunq̃ maculatus fuit sanctus Ioseph. Secunda est diuina pręsentia: ideo apte dicitur. Dominus Deus cum eo est, & modis admirabilibus ac inconsuetis, ipsis quoq; Angelis venerãdis. Fuit enim Deus cum eo, vt filius cum patre, vt infans cum nutritore, vt subiectus cum maiore. Tertia est factorũ Dei notitia. Vnde subditur, & clangor victoriæ regis in illo. Victoria hæc illa fuit, qua Christ⁹ de diabolo triũphauit: dicente Domino. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Huius clangor ab Ioseph auditus fuit per sacrarum litterarum profundam cognitionem: per Angelorũ reuelationẽ: ac per sensuũ exteriorũ visionẽ & cõtrectationẽ. Quarta est in tribulationibus diuina assistentia, quam Ioseph expertus fuit, in fuga a facie Herodis, in mora in Ægypto, & in regressu ad terram Israel. Quamobrẽ sequitur, cuius fortitudo similis est Rhinocerotis. Hoc nempe animal, vno donatũ cornu in frõte a natura, fortissimũ inuenitur; ac cętera superãs quadrupedia. Quinta est sup̃ma cordis mundicia, qua totis animi votis in Dño cõfidebat: ea contẽnens suffragia, q̃ diuinæ aduersant᷑ volũtati. De futuris nullo modo erat sollicit⁹: nisi quãtũ ex clara Dei pẽdebãt volũtate. Eo vero crimine, mortaliũ plurimi laborare cõsueuerũt: quoniã criminibus onusti Deorum alienorũ, auxiliũ requirũt. Idola ignari colunt: quia Deũ verum, hostẽ arbitrantur. Inde apud eos cultus viget auri, superbę mentis elatio, & in rebus terrenis oblectatio. Deuagantur per curiosa dogmata, vt scire queant circa se futura.

Ioseph nõ sollicit⁹ de futuris.

At diuinum apud Ioseph, nunq̃ idolum fuit: quia nil cócupiuit terrenum, nisi pro Dei voluntate. Auguria pͦhorruit: quoniã Deũ suũ de oibus curã habere, imota mẽte credebat. Eundẽ Deũ imortalẽ cũ nosset factorẽ, gubernatorẽ, prouisorẽq; oium, diuinationes merito pessũdedit. Sexta est suarũ virtutũ certa notitia.

Pro cuius ampliori intelligentia, animaduertendũ: notitiam spiritualiũ quę habetur fidei via cõmuni & nõ per eleuationẽ, aut illuminationẽ mentis singularem a Deo peculiariter, notitiã inq̃ spũaliũ nõ spectantiũ ad humanã salutẽ, haberi lõgo temporũ successu: vt fides locũ habeat & eadẽ certi⁹ credant: ceu patuit in notitia sanctę trinitatis, in modo incarnationis verbi Dei in cognitione dignitatis altissimæ beatissimæ virginis Marię ac auctoritatis Romani põtificis. Si enim tãtorũ mysteriorũ nascens ecclesia fuisset scrutatrix, oppressa forsitã fuisset a gloria. Quare quod erat, satis tunc faciebat humanæ reipublicæ, cum cognitione aliqua modi intrinseci. Idẽ euenit circa excellẽtiã sanctitatis diuini Ioseph. Ea etenim occulta latuit fideles, cõtenta nomine sponsi beatæ Virginis, nutritoris filii Dei ac patris eiusdẽ putatiui. In his autẽ modos altitudinis eiusdẽ sanctitudinis intueri possumus, visiõe saltim tenebris mixta idest in cõmuni. Temporibus autẽ suis dicet in Iacob, idest apud fideles vitæ actiuę deditos: & in Israel, videlicet apud cõtẽplatiuos ingenio pclaros ac scia pditos: quid operat⁹ est Deus in sancto Ioseph. Et recte ac cõsyderate dicit in eo: qa extra illũ facta inotuerũt cũ notitia verbi Dei caro facti, in eo vero facta, nõ nisi tẽporib⁹ suis, quę sunt tẽpora nouissima, in qb⁹ sancta Romana ecclesia ãnuit vt publicis solẽniis, sponsus beatissimæ Virginis sanctus Ioseph veneraret. Noui egoipse volumina sim

De noti tia spiri tualium.

Tẽporibus nouissimis dicet qd sit operatus De⁹ in sancto Ioseph.

pliciū licet, bonoꝝ tamen hominū: vidi quoq; ingenio ꝑditos, totis animi studiis satagere; vt tēporib⁹ suis dicatur quid actū fuerit a Deo in sancto Ioseph. ¶ Vltima particula erit exultatio ingens futura, in militanti ecclesia, pro sanctitatis diuini Ioseph certa notitia. Non enim spūssanctus deficiet a mouēdis cordibus fidelium donec omne imperium militantis ecclesiæ exultans, diuinum Ioseph, noua prosequatur veneratione; condat cenobia, ecclesias, ac altaria in eius erigat honore. Hæc autem aptis imaginibus mystice designantur.

¶ De donis reliquaꝝ bñdictionū Balaā. CAP. VII.



Ertia benedictio Balaam, hisce exprimitur verbis. Numeri capite. 24. Q̄ pulchra tabernacula Iacob & tētoria tua Israel; vt valles nemorosę; vt horti iuxta fluuios irrigui; vt tabernacula, q̄ fixit De⁹ quasi cedri prope aquas: fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. Tolletur ꝓpter Agad, rex eius, & auferetur regnū illius. Deus de Ægypto eduxit illum: cuius fortitudo similis Rhinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius, ossaq; eorum ꝯfringēt & perforabunt sagittis. Accubans dormiuit, vt leo, & quasi leena, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus. Qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Quibus verbis inenarrabilis benedictio pulchritudinis sancti Ioseph describitur. Varia nempe dona vnam sanctitudinē constituentia, pulchritudo vocari possunt; quo nomine spiritussanctus in Cāticis sepenumero vsus est. Primum itaq; donū spirituale in sancto Ioseph cōpertū dicitur, integritas oīum virtutū. Primū etenim ꝯstituēs corporeā pulchritudinē

De pulchritudine sanctitudis.

integritas est membrorũ. Quę enim aliquo carent mem bro, eoipso deformia existunt. At integritas omnium virtutũ, in beato effulsit Ioseph: ex parte intellectus pra ctici designati per Iacob: ex parte intellectus speculatiui per Israel: ex parte affectus sensitiui, qui recte vallis vm brosa dicitur: quoniã illuminationi superũ, carnis semp opacitatẽ opponit. Ex parte demũ appetitus intellectiui qui Deo subiicitᶜ: donec irrigatiõe oblectatᶜ cœlesti. Et ex parte Dei donãtis: cuius dextera, firmitas ac robur in actib⁹ virtutũ iueniũtᶜ, vt in gloriã sui cedãt auctoris.

Affectus sensitiu⁹ recte ual lis um brosa di citur.

¶ Secundũ, pulchritudinẽ ꝯstituens corporeã, proportio vocitatᶜ membroꝝ. Est autẽ hæc proportio in virtutibus, excellentia operationũ ab eis ꝓuenientiũ. A magno nẽpe virtutũ aceruo, turpe nimis est, si solũmodo exiles proueniãt operatiões, etiam bonæ: magnus quia ignis vehementer calefacere consueuit. Fuere vero diuini Ioseph opera altissima, vt cedri libani, quarum semen siue fructus non cadit nisi in mentibus gratiarum munere diuinarum affluentibus.

Proportio in uir tutibus.

¶ Vltimũ, corporeã pulchritudinẽ constituẽs est claritas. Nam colorata pulchra vocare cõsueuimus. Refulsit quidẽ sol Christus, in sancti Ioseph operib⁹: ratione tẽporis. Quod lumen est cognitũ in defectu regni iudeorũ, tẽpestate Ioseph. In fuga quoq;, exilio, ac reuersione ex Ægypto. In prudentia ac fortitudine, quibus filiũ Dei incolumẽ seruauit, contra rabiẽ persequentiũ regum. Quare sequutum est, vt hostes Ioseph & eorũ omnis fortitudo fuerit deuorata a gentibus, Romanis scilicet. Moriẽs uero diuinus Ioseph accubauit, ut leo fortissim⁹, & in fide Christi leonis armatissim⁹. Quietẽ Ioseph, nullus demonũ ausus est turbare, ad Lymbũ quãq̃ patrũ descẽderit: quia in uirtute magna Dei annũ

ciauit aduentũ gigantis currẽtis uiam vitæ mortalium. Claritas deniq; cognitionis dignitatis ac famę diuini Ioseph, futura magna est tẽporibus nouissimis: in quibus, qui maledixerit illi, maledictionibus amplioribus ipse maledicetur; ꝑpter cognitam filii Dei maiestatem, qui Ioseph patrẽ vocare dignatus est. Et qui benedixerit sancto Ioseph, nunquid nõ benedictionibus replebitur? quia meritissimo, pientissimo, ac potentissimo benedicentẽ, impossibile est benedictiõib⁹ nõ repleri.

¶ Quarta deniq; ac vltima benedictio Balaã, quę potius causa existit benedictionis q̃ benedictio, est descriptio aduentus Christi, his expressa verbis. Orietur stella ex Iacob, & cõsurget virga de Israel: & cætera. Minime vero ambigimus, excellẽtiam sancti Ioseph, causam habere incarnationẽ Christi, cõiugiũq; Virginis benedictę. Vt enim tãto existeret aptus muneri, Ioseph donorum Dei incredibilem summã accepit desuper.

¶ De donis benedictionũ a Moyse datarum, populo israeli obseruãti ꝑcepta Dñi. CAP. VIII.

BEnedictiones Dei datæ per Moysen, populo israeli seruanti mandata Dñi: scribunt̃ Deuteronomii capite. 28. Benedictus tu in ciuitate & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terrę tuæ, fructusq; iumẽtoꝝ tuoꝝ, greges armẽtorũ tuoꝝ & caulę ouiũ tuarũ. Benedicta horrea tua & bñdictę reliquię tuæ. Benedictus eris ingrediẽs & egrediens. Dabit Dñs inimicos tuos, qui cõsurgent aduersum te corruẽtes in cõspectu tuo: p vnã viam veniẽt cõtra te: & per septẽ fugient a facie tua. Emittet dñs benedictionẽ sup cellaria tua & sup oĩa opera manuũ tuaꝝ.

Benedicetq; tibi in terram, quam acceperis. Suscitabit te dñs sibi in populũ sanctũ, sicut iurauit tibi. Si custodieris mãdata dñi Dei tui, & ambulaueris in viis eius. Videbuntq; omnes terrarum populi: quia nomen Dñi inuocatũ sit super te & timebũt te. Abũdare te faciet Dominus, omnibus bonis fructu vẽtris tui & fructu iumẽtorũ tuorũ, fructu terrę tuæ, quã iurauit Domin⁹ patribus tuis, vt daret tibi. Aperiet Dñs thesaurũ suũ optimum cœlum, vt pluuiam tribuat terræ tuæ in tempore suo. Benedicetq; cũctis operibus manuũ tuarum: & fœnerabis gentibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies. Constituet te Dominus in caput & nõ in caudã; & eris semper supra, & non subter. Hę vero benedictiones iuxta sensum mysticum, in diuino claruere Ioseph. Fuit enim benedictus in ciuitate; idest in anima, quę ciuitati comparatur. Fuit benedictus in agro: cui corpus assimilatur. Fuit benedictus in fructu ventris sui, qui est capacitas animę rationalis: & hoc per generationem habituum omnium virtutum. Fuit benedictus in iumentis & gregibus: idest in optima dispositiõe sensuũ interiorum & exteriorũ. Fuit quoq; benedictus in Christo, qui fuit fructus terrę suę idest beatę Virginis coniugis suę. Benedictus fuit itidem sanctus Ioseph in horreis suis, idest in donis spũssancti, quib⁹ fuit repletus ad cõseruãdã, augẽdã, ac magnificandã vitã spiritualẽ in dies. Benedictus fuit in ingressu tribulationũ per patiẽtiã: & in egressu .i. liberatõe p lætitiã. Inimici vero Ioseph corruerũt corã eo, p cõpressionẽ virtutis illorũ: vt patet in demonib⁹. Item p punitionẽ tẽporalem: sicut in regib⁹ eũ psequẽtib⁹ quorũ vidit interitũ & effugit excidium per viã vnam idest suggestionem diaboli venerunt contra eum & multiplici coacti virtute cœlesti .s. ac terrestri,

quę multiplex pariter est, ad inferna victi descēderunt. Post deuictos hostes, diuinus Ioseph in quiete existens cum mundi regina ac Christo Deo, augmentum accepit in cellariis suis: idest in donis spiritussancti interioribus & in assiduis operib⁹ manuū suarū, Christo Deo īmortali ministrantium. Quāobrem benedictus fuit in terra, idest in beata Virgine, quā accepit vxorem. Post quę suscitauit dn̄s sanctū Ioseph sibi ad honorē nominis sui, caput & patronū peculiarem imperii militantis ecclesiæ. Ante quoq; diem iudicii futurū est, vt omnes populi cognoscant, venerentur & adorent nomen domini, ac magna Dei munera, quæ Deus ipse in sancto posuit Ioseph; & latere penevoluit, longa per tempora. Quocirca abundabit nomen sancti Ioseph muneribus omnium bonorū terrę. Ædificabuntur templa, ad illius honorē. Festa celebrabunt, & vota vouēt eidē populi, & soluet. Aperiet enim dn̄s aures p̄cordiorū intellectus: & viri magni scrutabunt̄ interiora Dei dona in sancto abscōdita Ioseph, & inueniēt thesaurū optimū, qualem apud sanctos patres veteris instrumēti nō inuenerūt. Hoc aūt accidet, p̄cipua sanctorū angelorū illuminatiōe. Populis deniq; sanctū inuocātibus Ioseph, fœnus idem dabit de cœlo, & ipse in maiestate glorię suæ perseuerans, a nullo mortaliū fœnus accipiet. In calendariis sanctorū, nomen decātabit̄ sancti Ioseph: & iam nō erit in caudā, sed in caput. Fiet enim de illo festum p̄cipuū & venerabile. Mandabit enim Christi Vicarius in terris, sancto suadente spiritu, vt festum patris putatiui Christi, sponsi Regine mundi, hominis sanctissimi celebret̄, in omnibus finibus imperii militātis ecclesiæ. Quāobrē, qui in cœlis semp fuit supra, in terris nō erit subter. Quib⁹oibus diligenter animaduersis, explo

Nō fuit thesaurus patrū antiquorū: filiis sicut Ioseph.

Futura ueneratio sācti Ioseph.

ratum redditur, benedictiões pdictas in sancto Ioseph, tanto clarius reperiri, qto spiritualia, prestantiora sunt terrenis & interiora exterioribus. Exigunt vero isthæc mentē non consuetudini alligatā: sed clara luce intelligentiæ vtentem. Quem enim Deus īmortalis patrē vocare dignat⁹ est: ineffabilibus donis cœlestibus, ornatū nō ambiget mens pclara, luce intelligentiæ illustris.

De mēte alligata consuetudini.

¶ De donis benedictionum datarum a Moyse filiis israel. CAP. IX.



Ost hæc videndū est de benedictionibus datis filiis Israel a Moyse, queadmodū Deuteronomii trigesimotertio capl'o legitur. Ait vero ad Ruben. Viuat Ruben, & nō moriatur, & sit paruus in numero. At glosa addit: maximus in fide. Tangunt his quattuor benedictiones.

De bndictiõe Ruben.

¶ Prima est, vita per gratiam.

¶ Secunda, immunitas ab actuali peccato p innocētiā.

¶ Tertia, est excellentia dignitatis, per contingentem paucis Dei electionem.

¶ Quarta est maiestas fidelitatis, per summā rerum altissimarum cognitionem. Que in diuino Ioseph claruisse non ambigimus.

¶ Sequitur benedictio Iudæ. Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum. Manus eius pugnabit pro eo, & adiutor illius cōtra aduersarios eius erit. His pariter verbis quattuor innuunt benedictiões.

De bndictiõe Iudę.

¶ Prima est pcū exauditio, qua designat beatū Ioseph mediatorē fore cōtinuū inter Deū & homines.

¶ Secunda est, ad populum introductio: qua innuitur, q electorum in hoc mundo est assiduus conseruator,

ad populum suum, donec illos introduxerit.

¶ Tertia est, suiipsius defensio, in hoc mundo contra diabolum, carnē ipsiusq́ mundi illecebras, per gratiam ac contra tyrānos, per prudentiam.

¶ Quarta est aliorū protectio. Populi quidē sui, vt minora sua cęcitate, mala accipiat in carne; vt a sua resurgat duritie, vt velamen a lege Moysi auferat; & Iesum tandem verum cognoscat, esse Messiam. Totius autem populi Christiani est protectio, auxilio ab ira filii Dei, suffragio in bonis acquirendis, & exemplo.

¶ Sequitꝰ dicendū de benedictiōe Leui, quę est. Leui pfectio tua a viro sancto quę ꝓbasti in tētatione & iudicasti ad aquas ꝯtradictiōis. Qui dixerit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribꝰ suis ignoro vos & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquiū tuū, & pactū tuum seruauerūt. Iudicia o Iacob, & legem tuam israel ponent, & thymiama in furore tuo, & holocaustū sup altare tuum. Benedic Domine fortitudinē eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicoꝝ eius, & qui edunt illum non consurgant. de benedictione Leui.

¶ Ponuntꝰ autē in prefatis verbis nouem benedictiōes.

¶ Prima est: vitæ perfectio: ibi, Perfectio tua.

¶ Secunda est doctrinę altitudo; ibi, tua.

¶ Tertia ē, Christi educatio & ꝯseruatio: ibi, a viro scō.

¶ Quarta est, omniū abnegatio: ibi, qui dixerit patri.

¶ Quinta est, pręceptorum & cōsiliorum impletio: ibi, Qui custodiunt eloquium.

¶ Sexta est, pro aliis intercessio: ibi, Ponēt thymiama.

¶ Septima est, in passione gloriatio: ibi, Benedic Domine fortitudinem.

¶ Octaua est, remuneratio de operibus: ibi, opera manuum illius suscipe.

Nona est hostiũ destructio ibi percute dorsa.

Quę oĩa q̃ excellẽtissime in sancto claruere Ioseph. Ipse enim fuit in vita perfectissimus: altissimus in doctrina Christũ enutriuit: verã spũs pauptatẽ seruauit: & quę sensum illicite oblectarẽt, cũcta spreuit: pcepta oĩa atq; cõsilia adimpleuit: cõis pro cæteris intercessor existit, sicut & Saluatoris enutritor. Passiones, ęqua ptulit mente. Gloriosus apud supnæ Ierusalẽ ciues permanet: quo suffragante magna nobis panditur via deuincendi, demonũ carnis & mundi incentiua.

De bñdictiõe Beniamin.

Sequitur benedictio Beniamin. Ait autẽ Beniamin amãtissimus dñi: habitabit cõfidẽter. In eo quasi in thalamo, tota die, cõmorabit: & inter humeros eius requiescet. Proculdubio hæc benedictio huic vni viro sancto cõuenit Ioseph in summo. Præ cæteris enim viris, fuit domini amãtissimus; ita vt ex eius Virgine cõiuge nasci voluerit; illumq; patrẽ vocare dignatus fuerit. In sãcti quoq; Ioseph thalamo habitauit infans puer, adulescens ac iuuenis. In cui9 humeris pculdubio, idẽ dñs Iesus infans resedit, atq; in illius quieuit brachiis.

De bñdictiõe Ioseph.

Sequit benedictio Ioseph. De benedictiõe inquit dñi terra eius de pomis cœli & rore atq; abysso subiacẽte, de pomis fructuũ solis atq; lunę, de vertice ãtiquorũ mõtiũ, de pomis colliũ eternorũ & de frugibus terrę & de plenitudine eius, benedictio illius. Qui apparuit in rubo, veniat sup caput Ioseph, & sup vertice Nazarei inter fratres suos. Benedictio Ioseph pfecto, clarius refulget in Ioseph sanctissimo: octo vero continet.

Primum est, diuinæ dulcedinis pgustatio: & hoc est quod ait: de pomis cœli & rore: pomũ inq̃tũ reficit affectum, ros inquantũ illuminat intellectum.

Secundũ est, in humanitate Christi delectatio; & hoc

est: atq;

est, atque abysso subiacente.

¶ Tertium in operib⁹ Christi refectio. Et hoc est de pomis fructuum solis.

¶ Quartũ ẽ de gratiis eccl̃ię iucũdatio. Et hoc ẽ & lunę.

¶ Quintum est, de gratiis & virtutib⁹ antiquorum patrum exultatio. Et hoc est de vertice montiũ antiquoꝝ.

¶ Sextum est, modernorum perfectorum congratulatio. Et hoc est de pomis collium æternorũ.

¶ Septimũ est, de gloria triumphãtis ecclesiæ exultatio. Et hoc est de frugibus terræ.

¶ Octauũ est, gloriæ hoĩs Christi participatio. Et hoc est bñdictio illius q̃ apparuit in rubo. ¶ Cõstat vero Ioseph beatissimũ primũ inter viros degustasse dulcedinẽ Dei caro facti. In qua carne oblectatus est, illã nutriẽdo eidẽ seruiẽdo; atque illã, aduersus ꝑsequẽtes tuendo. Cũ Christo itidẽ habitasse credit᷑, vsque ad extremũ vitę suę: qua de re illius oblectatus est operib⁹, ludẽs cũ eo in orbe terrarũ per singulos dies. vt dicit᷑ de Sapiẽtia prouerbiorũ octauo. De ꝑfectu quoque ecclesię lętatus est: quia sũmã in illam habuit charitatẽ: cui panẽ Christũ, caput eius ac sacrificiũ nutriebat, ingẽti ꝑculsus amore. Exultauit pariter de patrũ sanctitate, a quib⁹ duxit originẽ & possedit ꝑfectionẽ. De ꝑfectu itidẽ modernoꝝ, cõgratulationẽ habuit: q̃bus oĩbus ꝑfectoĩs magistrũ, ducem & exẽplũ Christũ; ceu pater, filiũ, trãsmisit. De ecclesię vero triũphantis gloria, gaudebat in hac vita, per spem: nũc vero gestit per fruitionẽ. At de Christi gloria, magnã partẽ habere credit᷑ rõnabilr: q̃a illum patrẽ vocauit & nunq̃ illũ viuens dereliq̃t. Ipse vero Christus ille est, qui diligẽtes se diligit, & bonoꝝ omniũ remunerator est. Sanctus itaque Ioseph, benedictiones patriarchæ Ioseph, plenissime consequutus est.

De bene diẛtione Gad.

Bñdiẛtio Gad, his exprimit verbis. Bñdiẛtus in latitudine Gad: quasi leo requeuit cepitq; gladiũ & verticẽ & vidit principatũ suũ, ꝙ in pte sua, doẛtor esset reposit⁹, q fuit cũ principibus populi sui & fecit iustitias Dñi & iudiciũ suũ cũ Israel. Bñdiẛtio Gad q̃ttuor pncipalr cõtinet: latitudinis.s. iperii Dñi: fortitudis sapiẽtiæ ac iustitiæ cognitõem. Ea vero notitia singulr claruit in sanẛto Ioseph, apud quẽ nat⁹ ẽst Christ⁹: cuius iperiũ sup humeros eius: de quo pariter scriptũ nouerat accingere gladio tuo sup fœmur tuũ, potẽtissime. Propter veritatẽ & mãsuetudinẽ & iustitiã, & deducet te mirabilr dextera tua. Magis verò magisq; isthęc patebũt meditanti.

De bene diẛtione Dan.

Dan quoq; ait. Et Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. Hec bñdiẛtio tres cõtinet virtutes cordis.s. & opis humilitatẽ cũ ait: catulus fortitudinẽ: cũ ait leonis & affluentẽ liberalitatẽ. Tria hæc eadẽ munera in diuo fulsere Ioseph, supra quosq; suę ætatis viros. Propter primã etenim virtutẽ datus fuit a Deo spõsus virginis illius: cuius Dñs respexit humilitatẽ. Putandũm ne Deũ patrẽ, supbo humillimã iũxisse Virginẽ? Propter secũdã virtutẽ enutriuit leonẽ de tribu iuda: & eũ veluti in humanitatẽ dormientẽ feras aduersum tutat⁹ est atq; incolumẽ seruauit. Propter tertiã virtutem panis copiã Angelici, mũdus habet oĩs ciborũq; spũaliũ & aurum charitatis obrizum in magna possidet copia. Fluxit inq̃ hæc copia toti orbi, medio faẛto Ioseph de Basan idest ab iudeis pinguibus pp diuĩas leges; sitientibus pp defeẛtũ spiritus in intelligẽdo eas; & cõfusis pp illoꝝ ingratitudinem. Basan vero interpretatur pinguedo, siccitas aut confusio. Et hæc de benediẛtione Dan.

De bene diẛtione Neptali.

At bñdiẛtio Neptalim h̃ ẽst. Neptalim abũdãtia p fruct & plen⁹ erit de bñdiẛtõibus Dñi. Mare & meridiẽ

possidebit. Quibus verbis quadruplex signat͂ bn̄dictio.
¶ Prima est abūdātia donoꝝ spiritualiū quę sanctus in se cognouit Ioseph & passus est: iuxta illud beati Dionysii dicentis: ꝙ preceptor suus Ierotheus non solum erat sciens: sed etiam patiens diuina.

Ierotheus patiebatur diuina.

¶ Secunda est, copia benedictionum Domini, quas patribus antiquis largitus est, in quibus nunc versamur, easq̧ balbutiendo resonare satagimus.
¶ Tertia est principatus sup peccatores p mare signat⁹.
¶ Vltima est dn̄iuni sup iustos. Ipse enim medius fuit inter peccatores, Deū illis enutriēdo Saluatorem. Dux quoq̧ fuit iustoꝝ, exēpla oīum virtutū eis relinquēdo.
¶ Vltimo agendū est de bn̄dictiōe Aser, his explicita verbis. Bn̄dictus in filiis Aser. Sit placens fratrib⁹ tuis. Tangat oleo pedem suum. Ferrum & es calciamentum eius. Sicut dies iuuentutis: ita & senectus tua. Hæc bn̄dictio cōtinet excellentiā dignitatis, gratiā cōuersationis, affectus interioris feruorem, opis exterioris terrorē atq̧ totius ætatis immutabilem morem. Quę oīa in diuino fuere Ioseph, pp paternā dignitatem, supra filium Dei: pp curā diligentem matris eiusdem: pp custodiā feruentem vtriusq̧: ac sanctissimū viuendi genus, vsq̧ in finē vitæ. Patet igit͂ beatissimū Ioseph, omnes benedictiōes filiorū Israel, Ioseph possedisse excellētius: sicut lux excedit vmbrā: sicut spiritualia precedūt corporalia: sicut ęterna superāt dignitate tēporalia. Illorū benedictiones erant a sua causa distātes: hæ cōiunctę semper pseuerauerunt. Illæ transierunt: hæ in perpetuū perdurāt. Illaꝝ vetus est memoria: harū cōtinua gloria. Quāobrē, pręstantior quoq̧ reperitur in sancto Ioseph Benedictio quæ data fuit omnibus filiis Israel simul in hæc verba. Non est Deus alius, vt Deus rectissimus ascensor

De benedictione Aser.

Excellētia bn̄dictiōis Ioseph supra bn̄dictiōes patrū.

De bn̄dictiōe omniū filiorū israel simul.

cœli auxiliator tuus. Magnificētia eius discurrūt nubes habitaculum eius sursum & subter brachia sempiterna. Eiiciet a facie tua inimicū, dicentq; cōterere. Habitabit Israel cōfidēter & solus. Oculus Iacob in terra frumēti & vini, cœliq; caligabūt rore. Beat⁹ tu Israel. Quis silis tui popule, q saluaris i Dño. Scutū auxilii tui & tu eoꝝ colla calcabis. Hæc bñdictio plura cōtinet in supiorib⁹ manifestata. Nēpe fortitudo, excellētia, ac sapiētia Dei in sancto excelluere Ioseph. Pinguedo quoq; & abūdātia donoꝝ spiritualiū in eo singulr micuerūt. At in cœlesti patria beatissimus Ioseph existit: & in ecclesia militāti veneratus, ita vt silis ei nō iueniat̃. Sancti enim noui instrumenti a Christo dicti sunt amici: Ioseph vero pater, ab eodē vocatus est. Illi mundi Reginā coluerunt vt Dominā: Ioseph vt sponsam. Verum quę de patrū benedictionibus q̄breuissime prosequuti sumus: altius in volumen consurgent meditātibus.

¶ De donis sacramentoꝝ ecclesiæ. CAP. X.



Queſtio utꝝ.s.Ioseph fuerit baptizatus.

QVerit̃ vtrū sanctus Ioseph fuerit baptizatus? & videt̃ q̄ nō. Sapiētis enim est, nihil frustra facere: imo de Deo dicit Aristo. Deus & natura nihil frustra faciūt. Sed si Ioseph fuit baptizatus: aut sua volūtate aut inspiratōe diuina hoc fecit. Neutrū videtur afferēdū. Nam frustra accepisset. quod ꝓbat̃. Baptisma nēpe est medicina cōtra originale īstituta: a quo fuerat mūdatus Ioseph p circūcisionē & sanctificationem in vtero: vt pie credimus. Igit̃ nō fuit baptizatus.

Arguit̃ q̄ non. ꝓ

Secūdo. ¶ Præterea. Nusq̄ hoc legitur. Igitur ea facilitate contēnitur qua probatur.

Tertio. ¶ Præterea. Dñs cōtulit vim regeneratiuā aquis, quādo

in Iordane a Ioanne baptizatus fuit. Sed tunc credit̃ ꝙ Ioseph fuerit mortuus. Igitur non videtur rõnabiliter afferendum ꝙ fuerit baptizatus.

Cõfirmatio.

¶ Cõfirmat̃: qa tẽpore beati Ioseph nõ erat baptismus in ꝑceptõ: qa nõ nisi post resurrectionẽ, cũ Christus dixit. Eũtes in mũdũ vniuersum ꝑdicate euãgeliũ oĩ creaturę. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.

¶ In oppositũ arguit̃. Ioseph ꝑticipauit excellẽter gratiã & mores Christi: sed Christus noluit suos baptizari Igitur verisimile videt̃ ꝙ Ioseph baptizatus fuerit.

¶ Rñdeo ꝑponẽdo q̃dã supposita: deide eliciẽdo q̃sdã ꝯclõnes. Prępo nunt̃ hypoteses.

¶ Primũ suppositũ est, dicere sanctũ Ioseph fuisse baptizatũ, est de numero opinabiliũ simpl̃r. Nõ. n. determinationẽ aliquã habem⁹ siue ĩplicitã siue explicitã a sacris lr̃is aut a sãcta sede Romana: aut ab aliquo doctore catholico, ingenio & sanctitudine vigẽte.

¶ Secũdũ suppositũ est. In determiatiõe taliũ recolẽdũ est, q̃d ait Aristoteles in secũdo cœli. In reb⁹ inq̃t occultis & arduis, satis dicit̃ quãdo aliq̃d rõnabile dicit̃. Idẽ Plato loquens de substantiis ĩmaterialibus. Arist. in sc̃do celi Plato.

¶ Tertiũ suppositũ est, distinctio triũ tẽporũ. Quoddã nẽpe tẽpus, fuit in quo circuncisio fuit tantũ in ꝑcepto: puta ante prędicationẽ Christi. Quoddã in quo fuit de consilio ante promulgationẽ euangelii. Quoddã vero in quo baptismus, est tm̃ de ꝑcepto & mortifera circũcisio. s. post publicationẽ euangelii. Nullum vero tẽpus est in quo baptismus aliquis nõ licuerit & non foret de cõsilio: puta in lege & de baptismo Ioannis. Semp aliq̃s baptismus fuit de ꝯsilio

¶ Quartum suppositũ est, quoniã duæ sunt hic recolendę opiniones de morte diuini Ioseph quibusdã tenentibus: quia ante prędicationem Ioãnis obiit, quibusdã sub dubio relinquentibus. Due opiniones d̃ morte Ioseph.

¶ Vltimũ suppositũ est. Characteris baptismalis cã est Christus. Ipse.n.est q baptizat, q absoluit & sanctificat Ideo forma baptismi, aqua naturalis & ritus baptizãdi nullã habẽt necessitatẽ in cõparatione ad Christũ. Ipse nãq; sine aqua efficaciter baptizat, infundẽdo grãm & peccata oĩno dimittẽdo sine intinctione aque: vt patet in cathecuminis. Non enim credendũ est, diuinã potentiam alligatã omnino esse sacramentis.

Potẽtia Dei nõ ẽ alligata sacris.

Soluit q̃stionẽ.

¶ His pręmissis sit Prima cõclusio. Si Ioseph viuebat inter mortales tẽpore baptismi Ioãnis, verisilr credẽdũ est ipsum fuisse baptizatũ baptismo illius. Probatr. Tũ qa multi boni nobiles iudei pp deuotionẽ, eodẽ baptismo baptizati sunt. Ioseph vero fuit pfectissim⁹ & deuotissim⁹ inter oẽs nobiles iudeos. Tũ qa nouerat tertius sanctitudinẽ Ioãnis: cuius ẽt affinis erat. Tũ vt Christũ imitaretr, cuius actiões rõnabile valde est sanctũ Ioseph obseruauisse, ac pro virili imitatum fuisse.

¶ Scdã ↄclo. Baptizãte Christo si Ioseph viuebat absolute tenẽdũ ẽ, q ipse Christi baptismo fuerit baptizat⁹. Probatr. Tũ pp rõnes antedictas. Tũ qa Io. 3. dñs dixit. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua & spũsãcto, nõ põt ĩtroire in regnũ Dei. Tũ vt cæteris excẽplũ daret. Tũ qa legalia quãtũ potuit obseruauit: ergo & euãgelica: qa obseruãdi vtraq; studiũ ab vna radice ꝓuenit quę charitas est.

¶ Adhuc. Matthei primo dixit Dñs. Sic.n.decet nos implere omnem iustitiã: glosa idest pfectã humilitatẽ. Sed Ioseph fuit humillimus. Igitur suo tempore voluit baptizari baptismo filii sui putatiui.

¶ Tertia ↄclo. Rõnabilr teneri põt sãctũ Ioseph fuisse baptizatũ a Christo suppositis qbusuis opinionib⁹ de morte eiusdẽ diuini Ioseph. Probatr. Nã rõnabile est vt inter lõgas colloquutiões familiares, q̃ fuere inter Chri

ſtum ac Ioſeph, longa per ãnorũ curricula, ſerm o nonnũq̃ inciderit de cõuerſione gentiũ modoq; diuino, eas abluẽdi ab originali: & per ↄñs de baptiſmo. Diuin⁹ vero Ioſeph pñtia oĩa animaduertẽs, q̃ ad baptiſma ſuſcipiendũ ſpectãt. ſ. fidem ſuã, Chriſtũ vnicũ baptiſmi au ctorẽ ac aquã: rõnabile eſt ꝙ baptiſmũ ab eo humilr̃ ac confidenter petierit. Neq; vlla occurrit rõ, vel rõnis aliqua ſuſpitio occurrere menti poteſt, ꝓpter quę Chriſt⁹ non baptizauerit Ioſeph humillime petentem.

¶ Scdo arguo, q̃rens an apl̃i fuerint baptizati. Si nõ: magna ſequunt̃ incõueniẽtia, ceu exploratũ illico reddit̃ ↄſyderãti. Si ſic. Vbi auctoritas? quę nulla eſt: lõga igit̃ familiaritas id arguet, longior vero fuit inter Chriſtum & Ioſeph. Amor quoq; dulcior, q a teneris initiat⁹ vnguiculis. Cupienti ꝑfecto hanc intelligere veritatẽ, neceſſe eſt, ad cor altũ accedere, & vim familiaritatis infantilis, puerilis & maiorũ ætatũ diuini ſuppoſiti in natura exiſtẽtis humana, diligẽtius ſpeculari. Quib⁹ incognita mortalib⁹ munera, ſanctũ accepiſſe Ioſeph, nequaq̃ ambiget. Eadẽ nempe Chriſti virtus, cõtactus, verba cœleſtia, efficaciã, vim, dona, virtutes, ſolatia, merita omniũ eccleſię ſacramẽtoꝝ in diuino ꝓduxere Ioſeph. Quotidiana euchariſtię ſuſceptio ac criſma, tactus Chriſti illi fuit, ſacerdotii caracteris vice, Chriſti pr̃is nomẽ vnctio extrema, ſacraꝝ quoq; Chriſti manuũ cõtact⁹. Pro ↄtritione ex ↄuerſatiõe Chriſti, recepit Ioſeph innocẽtię cõuerſationẽ: ꝓ cõfeſſione gratiaꝝ actionẽ: ꝓ ſatiſfactõe ſuperogationẽ. Iamq; igit̃ ſatis faciamus obiectis.

Probat̃ intẽtũ ꝑ accessũ ad cor altũ. i. conſuetudinẽ alligatum.

Quõ Ioſeph mõ eminentiori ſuſcepit ſacramẽta eccleſię.

¶ Ad primũ quidẽ reſpõdet̃ ꝙ Ioſeph in baptiſmo ſuſcepit characteris impſſionẽ, virtutũ ampliorẽ exercitationẽ & meritoꝝ augmentationẽ. vñ non fruſtra.

¶ Ad ſcdm rñdet̃ ꝙ locus ab auctoritate negatiu⁹ ineffi

cax est, pcipue cũ de Christo legat Io. vltio. Sunt aũt & alia multa q̃ fecit Iesus, q̃ si scribant p singula, nec ipm arbitror mũdũ capere posse, eos q scribẽdi sunt libros.

¶ Ad tertiũ dicendũ q licet solẽniter ac publice & vĩr, Christus cõtulerit vim regeneratiuã aquis: nihil tamen obstat quin particulariter eam cõtulerit gratia illius qui se enutriuit, queq patrem q̃ dulcissime vocitabat.

¶ Ad quartum dicendum q si Ioseph baptismũ non suscepit propter preceptum: sumere tamen illud voluit propter consilium, fructum & solatium.

¶ Rogauerim te lectorẽ optimum ne aliqñ a fide aut opinione Petri in his vel leuiuscule recedas: quia veritas catholica in circuitu tantũmodo luminis illius lucet. Interea pro sancti veneratiõe Ioseph, tanta de sacramẽtis ecclesiæ rationabilr a nobis dicta sint.

Non recedendũ a fide Petri

¶ De dono puritatis. CAP. XI.

Puritas quid.

Puritas triplex.

Stabilis iustitia triplex.



Vritas est mũdicia mẽtis a peccato quocũq. Et hec triplex reperit. Pría oĩmoda mũdicia & impośis imũdicia, q̃ soli Deo cõuenit: cuius sola ẽ ipeccabilis natura. Scda est cõfirmata mũdicia q̃ in beatis inuenit solis. Tertia est stabilis iustitia p donũ singulare. Et hec triplex: aut p singularẽ sanctificationẽ vt in beata Virgine, q̃ mũdata fuit in vtero & in iustitia stabili i ppetuũ firmata. Scda est p spũssancti missionẽ: sicut aplis euenit. Tertia est, per spũssancti cõtinuã inhabitationẽ: sicut accidit plurimis qui gratiã baptismalẽ mundam custodierũt. Possumus quartũ genus addere puritatis que est actualis imunitas ab omni mortali, q̃ quidẽ omnibus existentibus in gratia Dei conuenit.

Quartũ gen⁹ puritatis.

¶ Saluo itaq oĩum honore sanctoꝝ ac pcipue aploꝝ pbat puritatẽ mẽtis sanctissimi Ioseph puritati beatissi

Probat excellẽ-

mę Virgis eē ꝓximiorē gradu gratię post habito siue p intellectū excluso q soli Deo notꝰcredit. Solus.n.scrutator est cordiū, & idē spūum pōderator est dñs. tia puritatis. s. Ioseph.

¶ Arguit aūt p̃mo sic. Ordiatus ad educationē & paternitatē Christi, habuit puritatē ꝓximiorē post beatā Virginē. Sed beatꝰIoseph fuit eiusce cōditiōis. Puritas ergo illiꝰ ꝓximior fuit puritati beatissimę Virginis. Prima euidēs appet: qa posita cā eiusdē rōnis vr̄ idē effectꝰ consequi, & effectus magis est talis, quanto causę ꝓximior. Itaq; Virgini si beatissimæ concessa est puritas in summo: quia imediatius ordinata ad Christi humanitatem: ergo cum Ioseph post beatā Virginem fuerit imediatior cæteris, ordinatus ad Christum puritas eius, recto gradu sequi debet puritatem beate Virginis. Primo.

¶ Cōfirmat̃ hic modus arguendi: qa similis inuenitur modo arguendi. b. Augu. in li. de natura & gratia dicentis, Scimus ꝙ ei. s. beatę Virgini plus gratię collatū fuerit ad peccatū ab omni parte vincendū, quę illū cōcipere & parere meruit, quem nullū cōstat habuisse peccatū.

¶ Adhuc. Idem cōuenit puritati Virginis vt impar omnino impari minime iungeretur. Secūdo

¶ Præterea. Ioseph terminꝰ fuit veteris instr̄i. b. Virgo p̄ncipiū noui: ergo vicini. Igit̃ sil̄is puritatis. ꝯn̄tia probatur: quia oīs lex facta est pp illustrandā puritatem. Tertio

¶ Item. Vbi oīmoda cā ꝯseruādi & augēdi puritatē, ibi puritas magis conueniens censenda est. Sed hoc fuit in beato Ioseph, post beatā Virginem, pp cōuersationem cū eadē & cohabitationē cū Christo. In Ioseph ergo ponenda est, puritas ꝓximior puritati beatę Virginis: qa possibilis, cōueniens & rōnabilis. Hęc ratio, vim habet, ab psalmo dicente. Cū viro innocente innocēs eris. Quarto

¶ Præterea. Angeloꝝ apparitio fit puris: sed beatissimæ Quinto

Virgini ac Ioseph fiebat, par Angeloꝝ apparitio. Pro/ximioris ergo erant puritatis. Voco autem parem angelorum apparitionem ratione finis.

Sexto ¶ Adhęc. Si carnẽ vtriusq; attẽdas, mũda est: q̃ virginitate clarissima. Si mentẽ, sancta est: si mores, alterna charitate iuncti erant. Si vota & o͞pa, paritatẽ habẽt: q̃ pp Christum & cũ Christo. Si dignitatem, virgo mater est Christi Dei, Ioseph pater: ergo beata Virgo & Ioseph proximioris videntur fuisse puritatis.

Aduertito. ¶ Quisq́s es, cui noua hæc forte videt̃, q̃esce paulisp iter suboriẽtiũ phãtasmatũ tumult⁹. Antiqua recolito q̃ ab euãgelistis de sancto scribunt̃. Ioseph & illa plena admirabilib⁹ inuenies sacris. Nempe cũ Ioseph Christi Dei pater appellat̃ ab sacris lr̃is, nomẽ est solis typũ gerens q̃ syderũ abscõdit lucẽ. Sũt ꝑfecto sancti sydera lucẽtia in ꝑpetuas ęternitates, puro mẽtis splẽdore, q̃ oẽs fuerũt facti serui Dei ac famuli. At Ioseph sol cãdidissima puritate nitẽs, filii Dei pater vocat⁹ & mr̃is eius Virginis angelicę spõsus & cõiũx existẽs, cęteroꝝ lumẽ sanctoꝝ purissima mẽte cõtexit, dũ suę cõiugis intactę, lucem ꝓxime attigit puritatis. Eleua quoq; mẽtis oculos, q̃ his studes, aures erige, sensum corrige, ꝯsuetudinẽ cogitãdi remoue, p̃rnas traditões altiori aĩo ac mẽte semp catholica trãscende. Ne dubites, ne verearis dignitatẽ, sanctitudinẽ ac puritatẽ sãctissimi Ioseph, ampliorẽ sp reptur⁹. At vbi huiusce ꝯtẽplatõis mõtẽ ꝯscẽderis, nr̃a hũilia esse ꝯspicies, admirabere exultãs & dices. Forsan sicut Moysi tibi eueniet: de quo Exodi. 34. dr̃. Descẽdẽte Moyse de mõte, ignorabat ꝙ cornuta siue splendida esset facies sua ex ꝯsortio ꝭmonis dñi. Nos. n. oẽs reuelata facie, gl̃iam dñi speculãtes in eãdẽ imaginẽ. s. lumi/nis trãsformamur a claritate in claritatẽ tãq̃ a Dñi spũ.

Lectio h homĩes exigit p/spicacis ingenii.

¶ De donis septē donoꝝ spūssancti. CAP. XII.



Xcellentiā puritatis seqt̃ donoꝝ spūssancti ꝑ stātia. Dona itaq; spūssancti septiformia i sancto fulsere Ioseph, sḡliora donis beatissime virginis. Sūt aūt ea, docēte ꝓpheta, septē. Sapiētia, intellꝰus scía, ꝯsiliū, fortitudo, pietas & timor. Sapiētia opponit̃ stultitię siue isipiētię, q̃ ꝓbat̃ fuisse in Ioseph simillima sapiētię.b. Virginis. Prouerbioꝝ enim.11.dicit̃. Vbi humilitas, ibi sapiētia. sed in Ioseph fuit hūilitas ꝯformis humilitati sponsę suę Reginę mūdi: ergo & humilitas. ¶ Adhuc. Sapiētia dr̃ quasi sapida scía: vnde est gustus spūalis sūmę veritatis. In gustu vero tria repiunt̃, imediata ꝯiūctio gustabiliū cū sensu gustꝰ, discretio gustabiliū & delectatio ꝯn̄s. Sed hęc oia habuit Ioseph post beatā Virginē respectu Christi. Immediatior.n. humanitas Christi fuit Ioseph, quo ad sensum & intellectū q̃ cæteris viris. Illumiatōe quoq; diuía discreuit q̄d intelligēdū, q̄d volēdū, & q̄d agēdū. Angeloꝝ itidē ac beatę Virgis eruditōe. At in supioribꝰ satis supq; dictū arbitror de delectatōe Ioseph cū Christo infāte puero, adulescēte & iuuene. ¶ Intellectꝰ vt ait Greg. ē spūs auditu penetrās & reficiēdo cor eiꝰ tenebras illustrās. Animaduertito alta mēs Ioseph, quāto acumine mādata penetrauerit angelica, corde assentiēdo, seipm dirigēdo & ope exequēdo. Quibꝰ redditr̃ exploratū, cor diuini Ioseph refectū spe, illustratū intelligētia & hūanis purgatū tenebris. Sequit̃ ergo excellētia intellectꝰ, gradū puritatis: in Iosephq; reptus est, post beatā Virginē ꝑclarissimus. Quęso, cur non lucidissimū spiritu intellectū, habuit Ioseph, qui purus inter solem & lunam habitabat medius? Hinc illuminabatur, hinc purgabat̃. An tene-

Septem donaspiritus.

Dedono sapiētię.

Grego.

Dedono intellꝰus.

bras eē in loco puio cēsendū est, quē assidue sol & luna suis pcutiūt radiis? De Christo dictū est Esaię.11. Reqe scet sup eū spūs dñi, spūs sciētię & intellect⁹. Igit ēt sup Ioseph reqeuit spūs intellect⁹: qa sup beatā Virginem nullibi Iesus Deus ętern⁹. bonā iuenit requiē nisi i brachiis, in pectore, in humeris, in domo, atq; in lecto Ioseph. Hāc noli o lector argutiis fœdare veritatē, dicens. Inefficax est ꝑñtia. Christ⁹ reqeuit corporalr: ergo spiritualr. Et si spūaliter: ergo ꝭm talē gradū doni intellect⁹. Admittēda ꝑfecto est, vbi mēs fuerit disposita: qnimo ita valet & vsq; adeo in catholica phia necessitatē habet ꝙ ēt si pñs nō fuerit Christ⁹ corporalr, reqescit tñ spiritualr. Neq; enim negabis dispōnē in Ioseph fuisse, qui mentē semp gessit docibilē Dei. Adde pñtiā ꝯiugis erudientē, ac Christū viuacissime ꝯfortantē. Credo eqdē, nec vana fides: sicut ꝯtingit subiectū capax sūmę caliditatis inter medios ignes existēs: cui vētus semp adest insufflās & accendens, nō magnope calescere: ita nequaq̄ poſſe fuisse, mētē Ioseph habitātis cū igne Deo incarnato, insufflantēꝙ dilectionē, eruditionem & orationē in intellectū Ioseph, quin magno doni intellect⁹ gradu afficeretur ac post beatā Virginem prȩclarissimo.

Argutiis fedat ueritas: illustrat acumine. Catholica phia.

¶ Sequit tertiū donū spūsancti, qd est ꝯsiliū: de quo inqt beat⁹ Grego. in .2. moraliū. Cōsiliū ꝑhibet esse pcipitē (.s. respectu pñtiū) & rōe animū replet: (respectu videlicet futuroꝝ.) Exhibet. n. lumē quo initiat discursus multiplices, ad excogitāda, penetrāda & tādē perficienda quę sese agenda obtulerint. Qꝫ autem donū consilii ꝑstātius fuerit in Ioseph post beatā Virginē ꝓbat. ¶ Prio ex pte subiecti. s. Christi: cui⁹ grā tātis affecit muneribꝰ, Deus, Ioseph. Nā sapiētissim⁹ rex maxīs in reb⁹ agēdis, sapiētissimos deligit ꝯsultores. Sed oīm supmū

De dono cōsilii.

Probat q̄efficacissime excellentia doni cōsilii. s. Ioseph.

entiũ eſt Chriſt⁹: vtpote toti⁹ cõditor vniuerſi, repator & finis. Si ergo De⁹ ipſe delegit Ioſeph, vt Chriſtũ cuſtodiret & ꝯſeruaret: pſerti inter potẽtes, aſtutos & crudeles, ſana cogimur rõne: neq́ obnubilata, fateri, illum quoq́ donaſſe pſtãtiſſimo munere doni conſilii: & hoc poſt beatã Virginẽ, q̃ imediati⁹ ad Chriſtũ ordiata fuit.

¶ Itẽ prime Io.2. dicit. Vnctio docebit vos de oibus. Sed Ioſeph artificẽ huius vnctõis habuit apud ſe, familiarẽ ſubiectũ & filiũ: ergo habuit huius vnctiõis copiã maiorẽ cæteris poſt beatã Virginẽ: cuius vere fuit fili⁹. At ab excellẽtia illius vnctiõis pfluit cõſilii pſtãtia.

¶ Adhuc; myſteria ꝯſilioꝶ, quãto altiora, tãto ſolẽt a ſapiẽtiſſimis regib⁹: maiori vigẽtib⁹ ꝯſilio: reuelari. Sed ſupmũ oium myſterioꝶ fuit incarnatio filii Dei, q̃ poſt beatã virginũ Reginã, pfundius declarata fuit Ioſeph per Angelum. Pariter igitur poſt eam, dono cõſilii pręſtantiſſimo claruit Ioſeph.

¶ Scdo ad idẽ pncipalr arguit ex pte Angeloꝶ: ſic. Illuminatio Angeloꝶ mẽtẽ purgat: ꝯuerſatio eorũdẽ mirũ imodũ erudit: eruditio vero ãgelica oẽ humanũ ſupat ꝯſiliũ, vtpote a Deo deſcẽdẽs: ergo, clar⁹ pp illumiatiõnẽ angelicã, clarus quoq́ erit in dono ꝯſilii. Sed nullus clarior hr̃ i pfatis poſt beatã Virginẽ, Ioſeph; ceu ſacra docẽt euãgelia. dono igr̃ clariori ꝯſilio pcelluit Ioſeph.

¶ Tertio ad idẽ arguit ex pte beatæ Virgĩs: ſic. Caput mulieris ẽ vir, vt ipſam ſuo gubernet ꝯſilio. Sed Ioſeph dat⁹ fuit a Deo caput beatiſſimę Virgĩs: ergo aut fuit illa ſapiẽtior, aut eq̃ aut minus. Sed nõ primũ nec ſcdm, aſſeuerãdũ eſt. Et hoc pp ſingularis huius mr̃imonii diuinã gratiã: ergo ſaltim minus illa, & hoc imediate, vt ſponſus conueniẽtiſſime tantæ iungeret mulieri.

¶ Verũ; de dono fortitudĩs ait beat⁹ Grego. ꝙ aduerſa De dono fortitudinis.

nō metuit, qđ quidē necessariū est in pñti: & iterū ꝙ cō fidētię cibos apponit: qđ etiā in futuro pmanet. At do no fortitudis Ioseph mirūīmodū claruisse ꝓbaṫ. Ipse nempe inermis tutat⁹est regē ac impatorē mundi, cōtra Reges potētissimos, superbos, ac nimiū nimiūq; crude les. Ipsum eundē Christū maximū, Ioseph fortis serua uit incolumen contra Diabolū: de quo Iob. 41. dicitur. Non est potestas super terrā, quę ei cōparari possit.

¶ Præterea. Quoquo gñe victoriæ claruit Ioseph dono fortitudis pp Christū. Prio. n. vicit seipm angelicę reue latiōi cōsentiēdo. Matthei pmo. Vicit carnē ppriā, vir ginitatē integrā custodiēdo. Hieronym⁹. Maiora cæte ris sunt plia carnis: vicit affectū mūdi, patriā relinquen do. Nō est laborib⁹territ⁹, nō itinerū piculis, nō pditis exterarū gentiū morib⁹, nō pauptatis metu: sed fortissi mus magnanim⁹ac diuini amoris flāma ardēs & audēs cūcta supauit, victorq; appuit corā Deo āgelis & homi nibus. An nō putas Ioseph fortitudinē, ipsos quoq; an

Angeli đmirati in forti tudīe Ioseph.

gelos quodāmō đmirātes, dixisse? Ecce quāta animi vir tute hō carpētari⁹seruat illū: cuius nos adoram⁹maiesta tē: fortitudinē cōtremiscim⁹: cuius inq̄ impiū pmanet ī sęculū. En qua mētis ingenuitate diabolū, q secū tertiā traxit partē stellarū, deludit, irridet & supat. O q̄ admira bile est nomē hui⁹viri: cui soli ꝯmissum est īter hoīes ne gociū, qđ nos spūs ī excelsis īnumeri digne pficere neq mus. Ministrat etenī solus regi sęculorū ac reginę mūdi. Nos quoq; ministri eorū, q sum⁹millia milliū & decies centena millia & ampli⁹. Ecce qūo Ioseph vir mortalis

Arguiṫ cōtra di cta đ for titudine Ioseph.

māducat cibos cōfidētię, nō timēs, nō desperās, nō ira scens. Verū pclarissimo fortitudis dono Ioseph, sancti euāgelii videṫ snīa aduersari. Nā Matthei. 2. de eo diciṫ. Audiēs ꝙ Archela⁹regnaret in iudea, timuit illo ire: di

ctū quoq; est ex snia beati Gregorii, q donū fortitudīs aduersa nō metuit. ¶ Sed aliud ē aduersa, q̄ subire oportet, metuere: aliud qd agere nō ꝯuenit, si ageret, timere. Prio nō terret clarescēs dono fortitudis: alterū vero rōe cogēte expauescit. Act⁹ vterq; virtutis ē: alter fortitudīs alter prudentię. Si eūdū illo fuisset: oēm ꝓculdubio timorē Ioseph a se expulisset. Sed qa nō eūdū erat, suadēte rōe; fortitudis actū nō habuit, sed timoris. Adde fortitudini Ioseph hoc demiratōe dignū: qm̄ Ioseph fortitudo labores & exiliū martyrib⁹ eccle, futura erāt in exēplū: nedū eoꝶ p̄signabant statū. ¶ Sed iam de dono scie agēdū est: de quo inqt. b. Grego. q ignorātię ieiuniū superat. Sūt aūt tres actus scię doni spūssancti. Primus est fidē tueri. Secūdus piis opitulari. Tertius ī medio prauę & puersę rōnis recte. Et hi tres actus ꝓueniūt a iudicio scię. Hac. n. rōne ex charitate, q̄ in volūtate existit, ꝓuēit causalr in intellu, donū scię: vt recte iudicemus obiecta app̄hēsa inter nos & Deū. Ab hoc vero excellētiori iudicio ꝓuēit: vt p̄hoꝶ errores videam⁹, impugnem⁹, & par uipēdam⁹: piis opitulātes: ipiis cōpatiētes. Isti itaq; act⁹ ꝓducunt a scia tāq̄ ab altiori cā: cuius ꝓprius actus ē iudiciū. Recolēdū qd ait. b. Aug. li. 14. de ciui. Dei. de scia q̄ sacra doctrīa est. Ait. n. Huic scię tm̄ illud tribuendū est, quo fides saluberrima, q̄ ad verā ducit beatitudinē, generat, nutrit, roborat, defendit. Et infra. Scire quēadmodū hoc ipm & piis opituler & cōtra ipios defendat, est ipsius scię. At cū ad eundem finem ordinet habitus scientię qui est donū spūssancti & sacra doctrina, ꝓpterea de eodē iudicāt pariter obiecto: sed alter p modū inclinatōis: alter p modū cognitiōis: eadē pariter de vtroq; dicēda vn̄t. His aīaduersis scire licet donū quoq; scię i Ioseph claruisse excellētissime post. b. Virginē. Ipse. n. nō solū fidē tutat⁹ est: sed ēt ipm auctorē fidei quē

Rñsio.

Fortitudo Ioseph prefignauit statum martyꝶ.

De dono scie.

Tres actus doni sciētię.

Radix cōuīcēdi errores p̄horū.

Aug. de ci. Dei.

etiã enutriuit pceptorẽ mũdi. De illius ſpõſa cãtat eccl'a cũctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mũdo. Regi nã vero eãdẽ ab innumeris ptexit aduerſitatib⁹, robora uit & ſuis enutriuit laborib⁹. Vt etiã pietati eorundẽ. ſ. Chriſti & Reginæ ſatiſfaceret, in Ægypto natiõe olim pverſa, recte ↄuerſat⁹ eſt. Erat pculdubio Ioſep, altę mẽ tis eleuatiq; ingenii, quãobrẽ diuino clareſcẽs lumie altius iudicabat de ſenſibilib⁹, de natura animę, de moribus, de angelis q̃ Theologi ẽt ſapiẽtiſſimi aut phi aliqñ iudicauerint. Angelos ſibi in ſomnis apparẽtes, nõnũq̃ vero ſub forma ſenſibili, vt pie credim⁹ Chriſto ac beatiſſimæ Virgini deſeruiẽtes, attẽdebat: qbus tãq̃ principiis ad naturã eoꝶ dignoſcẽdã animum excitabat: quę pfundiſſime cognita, in Chriſto illico referebat. Hinc cãm, hinc effectũ ſe noſſe dulci⁹ geſtiebat. In cœlos oculos eleuãs, videbat ſolẽ & lunã ac ſydeꝶ motus errãtiũ: quoꝶ magnitudinẽ, pulchritudinẽ ac virtutẽ demirat⁹ ad Chriſtũ mẽte oculiſq; corporeis ſe cõuertẽs dicebat. Eleuata eſt magnificẽtia tua ſup cœlos. Si qñ p mortalis hoĩs ingenio, dubitabat; aut altius minime intelligebat, ſcientiſſimũ Chriſtũ ſciſcitabat'. Taceo quoties de diuinarũ litteraꝶ altiſſimis ſenſib⁹, loquut⁹ eſt cũ beatiſſima Virgine, pia obiiciẽs diſputatiõe. Singulis ſabbatis, vbi cõmode poterat, ſynagogę intererat, diuĩa q̃attentiſſime audiẽs dogmata: ſenioꝶ quoq; interptatiões obſeruãs. Domũ rediẽs, multa ſępenumero Chriſto ac beatæ Virgini pppoſuit. Ipſo eloquutiõis more Chriſti & beatæ Virginis ad diuina cognoſcẽda, altiſſime eleuabat: magis magiſq; attendebat, Ieſum eſſe quẽ Moyſes & pphetę vẽturũ pdixerãt. Cõpatiebat' Iudeoꝶ cęcitati intra ſe dicẽs. Cur nõ o Deus vere, i ſthęc iudeoꝶ ſeniores doces. Oſtẽde eis faciẽ tuã. Appare corã Effraim

Ioſeph iudiciũ altius q̃ theologorũ aut philoſophorum

Modus Ioſeph intelligẽdi altiſſima.

Oratio Ioſeph p cęcitate iudeorum.

Beniamin & Manasse. Forte talibus patris putatiui vo-
tis, satisfactur⁹ Iesus, duodenis in templo disputare vo
luit, conticens deinde vsq; ad prefinitū tempus a patre.
Neq; ambigendū post publicā disputationē Christi cū
doctoribus in tēplo, Ioseph de diuinis Christū inter-
rogauisse, magna quoq; & inenarrabilia, didicisse. Et
mens eius cōtēplata est multa sapienter: deditq; cor suū,
vt sciret prudentiā. Irrigabat vero mēs illius fonte hor-
torū & puteo aquarū viuētiū, q̄ fluūt impetu de libano.
Fiebat in eo fons aquæ viuę, salientis in vitā ęternā. Mi-
nus pfecto perspicax esse videt, q dubitat Ioseph haud
ignobilis fuisse ingenii virū, & cum sapiētia ipsa multos
per annos demoratū, pręstantissimo scientię dono, non
claruisse? Qui pręstant ingenio, qui prudētia vigent, q
mysteria rerum diuinarū inter humana gesta, experiētia
teste didicerūt, fideli voce pronūciabunt, Ioseph scien-
tissimo Dei munere pcelluisse. Neq; ars fabrilis dono
sciētiæ spūssancti aduersat: sed sciētię perdoctores acq
rendę, aut intētione, aut longo voluminū ordine legen-
do. At Ioseph q doctor nō describat in sacris lrīs, non
raby, nō senior, nō legisperitus, nō ideo negādus est, al-
to nituisse ingenio: quia quę stulta sunt mūdi elegit De⁹
& sapiētes huius sęculi stultos ostendit. Qui dono sciē-
tię spiritussancti vigent, & vnctiōe vncti sunt interiori,
hominū famā fugientes & habitu vtētes diuerso a mū-
di sapientibus. Sapientia enim huius mundi inflat. Sa-
pientia spūssancti humiliat. Illa habentem, de se cogita-
re alta nititur: hec infima. Illa longis latisq; vestiū phy-
lateriis vti iubet: hec vilibus vt habēs lateat & soli Deo
notus existat. Crediderim ego ipse, neminem tempesta-
te Ioseph idest Christo nascente ac puero, siue inter iu-
deos siue inter gētios, attentiori ingenio diuina, eo ma-

Min⁹ p-spicax ē: dubitās d̄ ingenio Ioseph.

Obiectō.

Rñsio.

Cur Ioseph raby non describat.

Dr̄ia īter sapīam spūssancti & huius mūdi

Ioseph sua tēpestate ex-

celletis simº fuit scruta tor rerũ diuinarum De dono pietatis. Tres actus doni pietatis. Q̃uo augeatᵗ iclinatio ad opa misericordiæ.

gis scrutatum fuisse, Christi assidua tractus eloquutiõe diuæq; matris cœlesti sermone.

¶ Deinde consyderandum est de dono pietatis: de qua beatus inqt Grego. ꝙ cordis viscera, operibº misericordiæ replet. Et quia pietas ad oĩa vtilis est, vt dicitᵗ primæ ad Thim. qnto. ideo tres actus videntᵗ huiº doni. ¶ Primus est inclinatio ad opa misericordiæ. ¶ Secũdus non cõtradictio ad diuinũ sermonẽ: siue fiat interius p inspirationẽ: iuxta illud psalmi. Audiã quid loquatur in me dñs Deus: siue p angelicã reuelationẽ: iuxta illud ꝓphe ticũ. & angelus qui loquebatᵗ in me: siue per sanctarum literarũ cognitionẽ. ¶ Tertius actus pietatis est, sanctarũ rerum veneratio. Inde glosa super illud Matthei qnto. Beati mites, inqt. Qui pie quęrũt & honorãt sancta. Verũ inclinatio ad opa misericordiæ intenditᵗ, aut ratione obiecti, aut rõne pręcepti vel exhortatiõis, aut ẽt ratione affectus. Vnde magis regum extremas miserescimus calamitates: qa reges nobiliora videntᵗ obiecta, nos ꝓuocantia ad pietatẽ. Itidẽ cognatorum quasi in hñtibus symbolũ, inter quę facilior est trãsmutatio, facilior oritᵗ animorũ motus: pariter ad cõpatiendũ ad munera exhibenda, quibus & patrimonia relinqmus. Pręcepta vero Dei ac supiorum hortatus vehemẽter ꝓuocãt ad pietatis opa. At cũ diuinus Ioseph, sciret Deũ verũ ꝓ nostra reparatiõe, humanã carnẽ indutũ, calamitates vitæ mortalis sustinere: tãto maiore pietatis affectu illũ ꝓseq conabatᵗ: quãto regis imortalis maiestas, regũ dignitatẽ mortaliũ supat. Mortaliũ cæteri imagini Dei pietatem exhibent, Ioseph eidẽ imagini Dei ac ipsi Deo opera libauit pietatis. Si totiº impator orbis qspiã iustus ac timoratus, malignãtiũ seruorum ɔiuratiõe ꝓfugus ad nos veniret, de nobis cõfidẽs, nos amicos ac parentes vocitãs: nõne dignũ

foret, vt totis cordis visceribꝰ in illũ pietatis opa expãderemus? Quid de Ioseph, recta rõne pręuia, a nobis cogitandũ erit? cũ ad se Regẽ regũ infantulũ nudũ omniq; carentẽ suffragio, cum Virgine matre puella declinasse, oculo mentis certo certiꝰ intueret, sensu experiret, ac signis doceret mirabilibus? Excitabat Ioseph pietatis donũ, magis magisq; exardescebat, cõtẽplatꝰ charitatẽ spõsæ Virginis erga se ac infantuli futura bñficia. Adde ꝙ Virgo vera erat vxor, infans vero filius suus, putabatur. Cogebãt ad ea diuinũ mãdatũ, qd multiplr sibi exploratũ erat ãgelica exhortatio, ꝓphetarũq; & legis certa cognitio. Hinc ingẽs oriebat veneratio erga Christũ ac beatã Virginẽ, eo qdẽ affectu quo nẽminẽ suæ tẽpestatis diuina vel sanctas res, veneratũ credimus. Si rõnis exps nõ sũ, tãto pietatis affectu arbitror nũq̃ Abraã ãgelos excepisse hospitio, quãto Ioseph Christũ ac.b. Virginẽ. Cur pñarchas pietatis munere, claruisse ꝑdicamꝰ: nisi qa fide Deũ coluerũt, alte cognouerũt, vixereq; simplr. Maior ꝓfecto Ioseph fides, pñarchaꝝ fide amplior Dei viuẽtis cognitio, simpliciorq; mos viuẽdi. Quare donũ pietatis i Ioseph post.b. Virginẽ excelluisse, ꝑstã (tius nõ ãbigo.

¶ Deniq; de dono agẽdũ est timoris. Timorẽ triplicẽ scimꝰ seruilẽ, q i peccatore futuro iusto, donũ spũssancti ꝑcedit initialẽ, q orit illico post isusam grãm spũssancti: ac castũ q cũ charitate semp ꝑseuerat. Timor suilis iõ dictꝰ est, ꝙ ad modũ serui se hẽat, q diuĩos oclos offẽdere phorrescit: ne ab eo flagellet. Hic est timor de quo primæ Io. 4. dicit. Timor nõ est i charitate. Et diuus Augu. in epłam Ioãnis scribẽs ait. Sicut seta introducit filũ: ita timor charitatẽ. Hunc timorem Ioseph a se abiecit. Bonus enim erat, & virtutis amore non formidine penæ, peccare metuebat. Diuinam

De dono timoris.

Triplex timor.

quidē vltionē nouerat seuerā & horrendū esse, incidere in manus punietis Dei: sed diuino saucius amore oculum mētis, in diuinę radios dilectionis figebat, pœnarū oblit⁹. Inde timor Ioseph, respectu culpæ, erat initialis de quo dicit Prouerbiorū octauo. Timor dñi odit malum. Hic timor cōparatus timori casto, impfectus est, pfectior in dies effectus ipse idē, timor castus efficitur. Castū hunc timorē vocat apłs Paulus filialē ad Ro. 8. scribēs. Non. n. inquit, accepistis spiritū seruitutis iterū in timore: sed accepistis spūm adoptionis in amore, in quo clamamus Aba pater. diuus ait Augu. castū hunc timorē assimilari timori castissimæ vxoris: q̄ cauet ab oī offensa in sponsum, verita solam dilectiōis minorationem. Duo sunt hui⁹ timoris actus. Primus est, separari a Deo. Secūdus Deum eundē venerari vel revereri. Est autē reuerētia mixta cū dilectione subiectio. Hic est timor, quo claruisse Ioseph excellētissime nō ambigim⁹. Hic nēpe timor ab amore nascit, qa illius radix est charitas. Propter amorē itaq; feruentissimū, pp laborē frequentatissimū, & pp Dei cultū purissimū qbus oppido Ioseph emicuit, in eo quoq; timorē castū, pari fuisse gradu colligim⁹. Hoc timore pciti, sepenumero timem⁹, q̄ minime timēda forēt. Bonarū enim mētiū est, ibi timere culpā vbi culpa nō est. Neq; dicimus ab hoc timore inane quicq̄ puenire: sed quia hoc timore pollentes, dubia aggredi horrēt, donec certo certi⁹ nouerint, an eo ī opere offensa Dei cōperiatur. His demū diuina suffragat bonitas, internæ lucis solatia pstās. Hinc Ioseph timuit accipere Mariā cōiugē suā. At Angelus lucis ad eū veniens dixit. Ioseph fili Dauid noli timere accipe Mariā cōiugē tuā. Quod enim in ea natū est, de spūsancto est. Castus itidē timor parit notitiā rerū mūdanarū: quoniā

timor dñi principiũ est sapiẽtiẹ & ab ea nunq̃ separat̃; a qua prudẽtia mirabilis in rebus agẽdis ad diuinũ p̃serti cultũ spectãtibus profluit. Quadere de Ioseph euãgelista refert. Audiens autẽ q̃ Archelaus regnaret in iudea pro Herode patre suo, timuit illo ire. Verũ reuerẽtiã Ioseph erga Christũ, scimus ex iustitia eius a spũsancto in scripturis approbata: ex laborũ frequentia, quã pro illo ptulit, ex tẽpli frequẽtia, qua cõsueuerat Deũ adorare: Ierosolimã.n.ascẽdere, illi mos erat ẽm cõsuetudinẽ diei festi. Fuit igit̃ Ioseph tẽplũ, lucernas spũssancti cõtinẽs semp ardẽtes, septẽ excisis colũnis sustẽtatum. Fuit inq̃ vir vnus idest singularis, pp electionẽ, pp opationem & pp sequutã glorificationẽ: quẽ septẽ mulieres apphenderunt, idest septẽ dona spũssancti, merito mulieris nomine, pp fœcunditatẽ significati. Deferũt vero secũ vestimẽta ac cibos, quibus animã nutriãt & exornẽt.

Ioseph tẽplum Dei mysticum.

Ioseph uir quẽ apphenderũt septẽ mulieres.

De donis septẽ beatitudinũ. CAP. XIII.

POsteaq̃ dona spũssãcti in Ioseph q̃excellẽtissime fulgẽtia, p̃sequuti fuimus: de septẽ beatitudinib⁹ recto ordine cõsyderãdũ euenit. Diuus nẽpe Aug. de sermone dñi in mõte, singulas beatitudines singulis attribuit donis. Nã timoris dono, pauptatem ascribit spũs, qua deiicit̃ supbia: dono pietatis mãsuetudinẽ, ad quã mouet pietas: dono sciẽtiẹ, luctus: iuxta illd Ecclesiastici p̃mo. Qui addit sciam, addit & dolorẽ: dono fortitudinis, esuries & sitis iustitiæ, ad quam pcipue mouet fortitudo indefessis laborib⁹: dono cõsilii misericordia: iuxta illud Danielis. 4. Placeat tibi cõsiliũ meũ. Peccata tua, elemosinis redime. Dono itellect⁹ mũdicia cordis, qua gula abiicit̃, quẹ hebetat intellectũ

Secũdũ b. Aug. donis attribuũt̃ beatitudines.

pp fumos aggenitos, ascēdētesq;. Dono sapiētiæ, pacificatio, qua occidit luxuria. Quia gustata suauitate spūs sancti, qd fit per sapiētiā, desipit oīs caro. At octaua beatitudo, qua dixit Saluator. Beati qui persequutionē patiunt pp iustitiā, qm ipsorū est regnū cœlorū, nō est distincta a pmissis beatitudo: sed quędā pręcedentiū cōfirmatio. Hę itaq; beatitudīes ad pñtis statū vitæ ptinebūt, testib⁹ diuis Augustino & Thoma. Nam regnū cœlorū pōt intelligi pfectæ initiū sapiētiæ, veluti exorit sanct⁹ regnare spirit⁹ in huius vitæ sanctis. Possessio terrę significat affectū bonū, animę p desyderiū quiescētis in stabilitate hęreditatis supnæ, quę per terrā significat. Cōsolatur in hac vita Deo participādo, q paraclyt⁹ est siue cōsolator. Saturāt & in hac vita, cibo illo de quo Christ⁹ dicit. Meus cibus est, vt faciā voluntatē eius q misit me. In hac quoq; vita ꝯsequunt hoīes Dei misericordiā: vt ēt purgato oculo p donū itellectus, Deus quodāmodo videri possit. In hac pariter vita q motus suos pacificāt, p silitudinē vocant filii Dei.

Septem beatitudīes ptinent ad statū psentem.

¶ Septē igit beatitudinū donis claruisse Ioseph, dū viueret apud mortales, cōib⁹ hisce rōnib⁹ cōprobat. Sicut se habet excellētia donoꝝ spūsancti, ita & septē beatitudines. Sed donis spūsancti excelluit Ioseph, veluti capite supiore probauimus: ergo etiā septē beatitudinib⁹. Paritas ac silitudo manifestāt p ea q supius imediate dicta fuere, diuo videlicet Augustino singulas btitudines singulis donis spūsācti

Probat Ioseph claruisse donis septem beatitudinum. Primo.

¶ Adhuc sicut se habet fruct⁹ ad fructū: ita se habet arbor ad arborē. Sed Ioseph fructū suarū beatitudinū in hac vita excellētissime cōsequut⁹ est a Deo. Nā Reginā beatitudinis despōsauit vero ac reali mrimonio. Rex vero eiusce felicitatis in patrē illū delegit ergo. Beatitudines in hac vita excellentissime pariter possedit.

Secūdo.

¶ Pręterea Cherubin in futura beatitudie de supmis exi stit ordis, supmoq; gradu attigēs btitudinē. Sed Ioseph i hac vita gessit vicē cherubi, positi ad custodiā paradisi terręstris, beatā Virginē significātis: positi quoq; ad cu stodiēdū lignū vite, p qd Christus figurat. In hac ergo vita debuit Ioseph excellere in beatitudib⁹ possibilib⁹. Tertio.

¶ Item charitas Ioseph fuit in hac vita ꝑm actus superio res & inferiores: pstātissima: ergo etiā gradus beatitudi nū a charitate tanq̄ a radice ꝓueniētes fuere pstātissimi. Quarto

¶ Adhuc, Ioseph priarcha his claruit btitudinib⁹. Fuit enim i pueritia paup spiritu, idest humilia de se sentiēs, haberet licet psaga futurę somnia dignitatis, mitis cum fratrib⁹ in adulescētia, in iuuētute sapiēs, qa loquebat sapiam inter ꝑncipes, fortis in virilitate, iustitiā regni sp amās, misericors in senectute, ac in oi etate pudicus, pacificus, honestus. Sed hic fuit figura diuini Ioseph. His igit multo amplius cēsendus est claruisse. ¶ Verū, quo isthęc puriori clarescāt lumine, de singulis singilatim ar gumētemur beatitudinibus. Discutiam⁹ hebetis rubigi nem ingenii, & Iosephicæ maiestatis splēdore acutiores effecti, maiora audeamus. Si viuax minime animus exti terit, cauta sit ratio, discursus prudēs, fides certior, spes sublimior: latet eqdē dignitas Ioseph pclara & incogni tus thesaurus, cœlesti vero titulo insignitus a me perqri tur. Titulus illius digito Dei scriptus, talis est. Hic ē spō sus Reginę cœlorum, ac pater filii Dei putatiuus. Thesau rus sunt virtutes, dona, beatitudines. Quinto.

¶ De dono beatitudinis pauptatis. CAP. XIIII.



Voniā q̄ de pauptatis beatitudine dicunt, pia animaduertēda sunt diligentia. Ex parte enim

Multi errát circa intelligentiá paupta/tis. hois ignorantiá instruũt & illumināt, ex parte errādi fomitē male intellecta ministrāt; nōnulla de eadē p̄scribamus pauptate, clariori instructos intelligentia, purus vt splendor beatitudinis huius irradiet. ¶ Consyderandū itaq; paupertatē spūs, de qua Saluator ait. Beati paupes

Paupertas spūs quid. spiritu: intelligi posse vel exinanitionē inflati & superbi spūs: vt Augu. exponit: vel ēt tēporaliū abiectionē rerū q̄ fit spū. i. ꝓpria volūtate p instinctū spūssancti: vt Ambrosius & Hieronym⁹ exponūt: de qua pauptate sermo

Duplex pauptas nūc habendus est. Est aūt duplex pauptas: ex coacta necessitate prima: ex ꝓpria volūtate altera. Prima vilis est, naturæ hostis, virtutū molestia, ꝓximis aduersans, vilē & abiectū hominē cōstituēs, vnde a viris p̄stātissimæ vi

Pauptas ſm se: mala. tæ vilis dicit̄. Inde asserim⁹ pauptatē ſm se malā, tātūq; secū deferre boni, quātū ab homine aufert solicitudinis & impedimēti: q̄bus ablatis rebus spūalibus intendere queat. Inde phs ait: paupes hmōi esse corruptores poli-

Spiritus pauptas laudabilis septē bona cōfert. tiæ, si ad regni assumant̄ gubernacula. At pauptas spūs cuius laus est in euāgelio, septē nobis ꝯfert bona: peccatorū recognitionē: virtutū cōseruationē: cordis quietē: desyderii impletionē: spūaliū bonorū dulcedinē: meritoꝝ exaltationē ac cœlestē hęreditatē. Hæc pauptas, indiciū p̄cipue est humilitatis: cuius cū doctor diuin⁹ fuerit Christus dicens. Discite a me, q̄a mitis sum & humilis corde: pauperiē assumere voluit eādē. Quadere christiana mysteria, diuino colētes spiritu, diuitias abiiciūt, quantū humanæ imbecillitas naturæ patitur. Paucis. n.

Diuitiæ quid. minimisq; natura cōtenta; supflua naturæ ac ꝯditionis, diuitias vocitat. Ioseph aūt decuit asellū habere & pecunias, quibus reginæ mūdi ꝓuideret & alimēta ministraret. At ne deficerēt, manib⁹ laborabat, a nemine nisi q̄d iustum foret repetens. Hac etiam potuit rōne domum,

agellum, vestes, vtensilia plęraq; habere ac seruũ & ancillam, nec pauperiei tamen fructuũ splendorib⁹ carere. Affectus enim in culpa est, nõ possessio: amoris intẽsio nõ vsus: cupiditas ardens, nõ necessitas. Probem⁹ itaq; Ioseph pauperiei spũs beatitudine, decorũ q̃ excellẽtissime apud Deũ claruisse: idq; credere multiplex suadeat ratio, q̃d tẽporũ intercapedo, reb⁹ ipsis expiri ꝓhibuit.

Quod Ioseph fuerit pauper spiritu.

¶ Prima quidẽ ratio sumit̃ a causa interiori & imediata paupertatis, quę est humilitas cordis. Nam Matthei q̃nto sup illud. Beati paupes spiritu. glosa inq̃t. Pauper spiritu est humilis corde. Sed Ioseph fuit humillimus. Quãobrẽ humillimæ Virgini in spõsum a Deo datus. Pręclarissima igit̃ pauptatis spiritus beatitudine nituit.

Pria cã paupta tis ẽ humilitas.

¶ Secũda rõ est sũpta a cã iteriori sed remota, q̃ est fides & deuotio. Ibidẽ nãq; glo. inq̃t. Nõ necessitas sed fides & deuotio pauptatis beatos facit vt ꝯtẽptis oĩb⁹ Deo viuat. Hęc aũt oĩa fides. s. deuotio mũdi ꝯtẽpt⁹ Deo viuer̃ in Ioseph excellẽter fuerũt. Igit̃ & beatitudo pauptatis.

¶ Tertia rõ sumit̃ ab effectu ipsi⁹ pauptatis spũs, q̃ est rerũ abdicatio: & hęc fit duob⁹ modis p rerũ subiectionẽ vel p earũdẽ oĩmodã abiectionẽ aut vtroq; mõ: iuxta illud apl̃i. Nihil hñtes & oĩa possidẽtes. Et hic est pfectissim⁹ pauptatis modus. At diuin⁹ Ioseph nihil habuit ĩ affectu, terrenas abiecit diuitias ĩ effectu, oĩa in Christo possidẽs, oĩum hñs iura: q̃a verus ꝯiunx Reginę oĩum.

Abdicatio rerũ fit dupl̃r

¶ Quarta rõ accipiẽda est ab enumeratõe graduũ pauptatis in abiectiõe rerũ.

¶ Prim⁹ est dare supflua naturę sed nõ psonę. vñ Aug. de verbis dñi ait. Vtere sup fluis, da paupib⁹ nec̃aria. Vtere p̃ciosis, da paupib⁹ vilia

Decem gradus pauptatis.

¶ Secũdus gradus ẽ dare supflua naturę & psonę. Lucę xi. De eo q̃d supest dare elemosinã. De eo quod sup necessaria est, dandũ est pauperib⁹ pręter victũ & vestitũ.

¶ Tertius gradus est, dare nõ tm̃ supflua sed etiã necessaria. vñ glosa. Nõ solũ exteriora & nõ necessaria, sed etiã interiora & valde necessaria cum ꝓximis diuidamus.

¶ Quartus gradus est, oĩa supflua & necessaria simul dare: sed semetipm̃ retinere. Quod etiã aliq phorũ fecerũt licet nõ pp Deũ. vnde super illud Matthei. 10. Ecce nos relinqmus oĩa. Glosa nõ dixit tm̃, q reliqstis oĩa. Hoc
Socrates enim & Socrates fecit & multi phorũ q diuitias ɔtẽpserunt: sed qui sequuti estis me, quod est ꝓpriũ apłorũ.

¶ Quint⁹ gradus est, oĩa dare & semetipm̃ addere. Matthei. 19. Si vis perfect⁹ esse vade & vẽde oĩa q̃ habes & da paupib⁹ & hẽbis thesauros in cœlo, & veni & seqre me.

¶ Sext⁹ gradus est. Oĩa dare & seipm̃ relinqre: & pꝛterea laborare manib⁹ vt habeat, vnde tribuat necessitatẽ patiẽti, releuãs eius miseriã corporalẽ, sicut dicebat Apłs ad Ephe. 4. In quo gradu fuit beatus Paulus apłs, vt habet᷑ Actuũ. 20. In quo pariter gradu extitit Ioseph, sed tãto altiori q̃to ꝓ digniorib⁹ cæteris laborabat Christo & beatissima Virgine. Vsq; adeo laborauit Ioseph manib⁹ suis, vt de suo lucro expẽsas fecerit sũmo impatori ac Reginę mũdi. Tãtas quoq; acqsiuit gazas vt Rex & creator oĩum appetierit in suũ adoptari filiũ, & matrem suam eidẽ in cõiugem tradere. Quod & factũ est.

¶ Septim⁹ gradus est, omnia & seipm̃ dare & spũ & corpore laborare, vt pascat ꝓximũ pane spũali. Et hic gradus maior est pdicto: qa vt dicit Grego. Maius est reficere animã semper victurã q̃ ventrẽ qñq; moriturꝝ. Et iste gradus fuit cõis beatę Virginis & diui Ioseph; q Christum panẽ viuũ, oĩbus educando prepararunt.

¶ Octauus gradus est, omnia & seipm̃ relinquere & de substãtia sui corporis partẽ accipere, & ad refectionem animaꝝ proximis dare: hoc gradu, potita est beatissima

Virgo, quę de purissimis sanguinib⁹ suis viaticũ nobis cõfecit, panẽ viuũ, qui de cœlo descendit. Hæc est mulier illa, de qua Matthei. 13. & Lucę. 13. Mulier cõmiscuit sata tria, donec fermentatũ est totũ. Tria sata sunt, diuinitas, corpus & anima. Fermentum, vt diuus inqt Bernardus, est fides Virginis, quę Deũ humanæ iunxit naturę, & homini refectionem confecit.

¶ Nonus gradus est, omnia ꝓximo dare, & corp⁹ & animam ꝓpriam & diuinitatẽ vnitam in cibum animę, sub specie tñ aliena: & hoc fuit opus misericordiæ, & sũmũ paupertatis donũ dñi nostri Iesu Christi in via.

¶ Decimus gradus est, dare seipm̃ totũ corpus & animã & diuinitatẽ sub specie ꝓpria, in cibũ corporis & animę simul & semper in æterna beatitudine: de quo Lucę. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

¶ His patet gradũ beatitudinis pauptatis Ioseph fuisse ꝓximũ pauptati Virginis beatissimæ. Arbitror beatitudinẽ paupertatis spũs, solũ posse pauperẽ intelligere, q̃ nec a sanctis separat᷑ regibus. Quãti nobiles vtriusq; sexus, sub aurea veste pauptatẽ cõtexere spirit⁹. Agnes, Cecilia, Agatha, Dorothea, Virgines clarissimæ, cicladibus auro textis indutæ, hãc pauptatis beatitudinẽ obseruarunt. Quot Romani põtifices: quot p̃sules vrbiũ magnaꝝ impii militãtis ecclesiæ, gẽmis onusti, sanctiores hac fulserũt paupie. Hinc eorũ nõnulli nec auream quidẽ pecuniã videre voluerũt. Discamus in terris, ipsis periculis, spũs paupertatẽ: quã possidentes dicem⁹ vere beatitudinẽ fuisse appellatã. Domo, suppellectili, auro, vestibus, cibis, potu, vti pro rõne ab pauptate spũs, nõ esse extranea, oculo mentis intuebimur. Quãtis deniq; gaudiis gestierit Ioseph pauptatis spũ inuẽto thesauro in hac vita, inexcogitata mẽtis lętitia cõtẽplabimur.

Gradus beatitudis paupertatis Ioseph: fuit ꝓximus gradui beate. V.

Romani põtifices p̃res auroonusti fuer͂ pauperes spiritu.

De dono beatitudinis mãsuetudís. CAP. XV.

De beatitudine mansuetudinis.



Robatur multipl'r dono beatitudinis mãsuetudinis, claruisse Ioseph q̃excellentissime. Prio quidẽ per remotionẽ cõtrariarũ qualitatum in subiecto. Quanto enim ab aliquo magis remouet' culpa: tanto magis Deus eidẽ mãsuetudinẽ infundit. Sed Ioseph fuit remotissim⁹ a culpa actuali. Beatitudine ergo mansuetudinis q̃clarissimus extitit.

Triplex effectus mãsuetudinis.

¶ Secũdo, ab effectu. Est autẽ triplex effectus mãsuetudinis. Vnus respectu habẽtis: de quo ait glosa. Matthei qnto. Beati mites. Mites inq̃t sunt, q malis morib⁹ dominant'. Secũdus est respectu ꝓximi: de quo glosa ibidem. Mãsuetus nõ irritat, nec irritat', nec nocet, nec nocere cogitat. Tertius est respectu Dei a quo flagella sustinet ĩmissa laboresq; diuinę satisfactur⁹ voluntati. Inde glosa ibidẽ ait. Mitis est, quẽ nõ rãcor vel ira afficit: sed omnia ęquanimiter sustinet. Primũ declarat effectũ sanctitudo Ioseph. Secũdũ, mora eiusdẽ ĩter Ægyptios, p septẽ annorũ circula. Tertiũ, longa eius duraq; itinera, passionũve tollerãtia ꝓ Christo. Fuit igi' mitissimus.

Mitis qs

¶ Tertio. Idem luce clarius redditur ab officio. Electus etenim fuit a Deo, vt esset vir Virginis mansuetissimę: de qua in hymno ꝯcinit ecclesia. Virgo singularis inter omnes mitis. Igitur & ipse mansuetissimus extitit. Probatur consequentia: quia paritas morum de ratione est matrimonii habẽtis omnes perfectiones, quale fuit matrimoniũ Ioseph & beatæ Virginis.

¶ Deniq; Moyses, Ioseph & Dauid fuere mãsuetissimi De Moyse.n. legi' Numeri.21. Erat aũt Ioseph mãsuetissim⁹ sup oẽs q morabant' in terra. Sed Ioseph fuit terminus patrũ veteris testamẽti: ergo & ipse mitissimus.

¶ De dõis reliquag beatitudinũ in spãli. CAP. XVI

Beatitudinis luct⁹ pstãtiã in Ioseph fuisse duo arguunt. Primũ est gaudiũ, quo in Christi psentia lętabatur, super oĩa mundi gaudia. Timens igit amissionẽ sũme desyderati, sũme lugebat & tristatus est. Sicut enim se habet intẽsio gaudii ad positionẽ causę eiusdẽ: ita se habere debet rõnabilr, intẽsio luctus, ad remotionẽ causæ gaudii: pserti quãdo illud gaudiũ est forma & ɔsumatio reliquag iucunditatum. ¶ Secũdũ est, pfectio Ioseph, pfectio vero magis ac magis cogit hoĩem exclamare. Heu me: qa incolatus meus plongatus est. Paulus apl's, pfectiõis gradu altiori, imo pectore trahens suspiria, dicebat. Infelix ego homo: qs me liberabit de corpore mortis huius.

De beatitudine luctus.

¶ De esurie & siti iustitię Ioseph, sic argumẽtamur. Esuries & sitis intẽdunt pp pñtiã cibog & potus concupitorũ, & pp longa ieiunia, & pp viuacitatẽ naturæ: & vbi hęc tria simul, sũma esuries sũmaq̃ sitis arguit. Sed iustitia vera Christus est: de quo psal. canit. Iustus es dñe verus potus: idẽ ipse fuit Christus, q psens fuit Ioseph; longa vero per tẽpora mũdus ieiune esurierat. Et mens sancti Ioseph erat optime disposita. Ipse igit inter pres oẽs veteris instri, sũmope esuriit & sitiuit iustitiã.

De beatitudine esuriei & sitis iustitię.

¶ At beatitudinẽ misericordię i Ioseph excelluisse suadet pmo triplicis pportiõis vel cõparatiõis ɔsyderatio. Prima est, ad Christũ, cui cõparatus fuit diuus Ioseph: sicut fili⁹ ad patrẽ. Secũda est ad beatã Virginẽ, ad quã cõparat⁹ est: sicut vir ad vxorẽ. Tertia est pportio ad synagogã & ad ecclesiã, itẽr quas stetit Ioseph, sicut finis synagogæ & principiũ ecclesiæ. Talis igit cẽsenda est, rõnabilr excellentia beatitudinis misericordię, qualis

De beatitudinẽ misericordiæ.

Ioseph sicut finis synagogæ et pncipiũ ecclesię.

fuit proportio eiusdem ad auctorem, reginā, ac statum misericordiæ. Sed eius proportio fuit eminentissima: er go in beatitudine misericordiæ, eundem percelluisse Ioseph, ambigendum minime est.

Ambro. ¶ Itidē ab effectu, ad idem arguit. Ambrosius ait. Misericordia est, nullū relīquere in miseria & nullū miserū facere. Adhuc Bernardus. Misericordia nō solū in ele mosinis cōsistit: sed in omni peccato corrigēdo. Intelli ge vero in se primū: & in ꝓximo ꝯm cōditionem status proprii. Quæ peregregie fecit Ioseph innumeris laboribus nutriēdo filiū Dei, qui omniū esset miserias purgaturus, vitia correcturus, ac mundū inouaturus.

Bernardus.

De beatitudine mūdiciæ cordis.

¶ Verū beatitudinē mūdiciæ cordis in Ioseph claruisse quattuor ꝑsuadent. Primū est effect⁹ negatiu⁹. Scdm effect⁹ positiu⁹. Tertiū est radix ꝑma. Quartū est cā īme diata eiusdē mūdiciæ cordis. De effectu negatiuo q est negatio remorsus conscientiæ: glosa Matthei qnto ait. Mūdo corde sunt, quos cōsciētia nō arguit peccatorū. Effect⁹ positiui sunt purgare, illuminare & ꝑficere. Nā beat⁹ Dionysi⁹ qnto capite cœlestis hierarchiæ ista ascri bit, Angelis purissimis. Prima radix est fides: iuxta illud fide purificās corda. Causa vero īmediata, mūdiciæ cor dis est charitas. ꝑmę ad Thi. ꝑmo. Charitas ē de corde puro & ꝯsciā bona. Sed hec qttuor excelluisse in Ioseph nullus ābigit catholic⁹: qn tāto ꝑfecti⁹ in eo isthæc fuisse cōfitet̄, quāto acutiori fide īgenioq; eleuatiori viget. Catholicos. n. nullos Ioseph latet dignitas: nisi aut sacraꝶ fuerint ignari litterarū: aut hebetis ingenii & parū ꝑspicaces: aut de huiuscemodi quadā ignauia nō rōcinātes: quēadmodū sacræ Theologiæ doctori cuipiā accidit, me pn̄te. Disputās nēpe forte fortuna de sancti Ioseph sanctitudīe īdigna nimis suo ꝓferebat statui. Et cū

Effectus mūdiciæ cordis negatiui & positiui.

Latet tm̄ dignitas Ioseph: aut ignarosacrarū lr̄arū aut hebetes ingenio.

excitaret a me ad ↄſyderādas ſācti euāgelii ꝓpōnes de ſancti Ioſeph altitudie, vt adoleſcēs in excogitata medi tās demirabat. Hinc euenit vt diuini verbi pcones qdā, de diuio Ioſeph verba facere renuāt: qa ↄſuetudine vin cūt: & qd formalr ſcriptū nō īueniūt, ceu ſuſpectū de clināt. Aperiant, hos rogaueri, oculos & videāt. Quod vbi actitare ſategerint, cecos fuiſſe ſe in cognoſcēda alti tudie ſāctitudinis Ioſeph aīaduertēt. Reginā celoꝝ, cū dieb⁹ ſaturniis, laudib⁹ efferūt, nōnulli Ioſeph boni tm̄ ſenis dignitate ſignāt: qa ꝓfunda ſanctaꝝ litteraꝝ myſteria nō norūt: leuiter quoq; ac volātib⁹ trāſeunt cogitationibus, qd altiori foret indagine conſyderandū.

Cōtra pcones diuini uerbi renuētes facere uerba d san. Ioseph.

¶ Beatitudinis pacis gloriā in Ioſeph, tria cōcludunt. Sunt autē ea, pmiū: rō ſiue forma: & effect⁹. Premiū pacis eſt filiatio Dei. Matthei qnto. Beati pacifici, quoniā filii Dei vocabunt. Sed Ioſeph, non ſolū gratia & adoptione filius fuit Dei: ſed id habuit qd nemini alteri donatū eſt. Nam patris Dei noīe, cōſecratus fuit. Igit pſtātiſſime in eo fuit inuēta beatitudo pacis. Ratio pacis eſt illa quā gloſa ponit ſup illud Matthei qnto. Beati pacifici: ſic dicēs. Pacifici ſunt, qui oēs motus animi rationi ſubiciūt: quia his nihil repugnat, quia ſimiles patri ſuo ſunt, qui eſt ſūma quies. Hæc aūt Ioſeph, q fidei fundamēta ratiōi iungere ſatagunt. Effectus eſt duplex in ſe & in nobis. Ait enim gloſa ibidem. Dum lex carnis repugnat legi mentis: non modo alteri: ſed nec nobis poſſumus eſſe pacifici. At Ioſeph tanta geſtiebat carnis quiete, vt odore virginitatis cœleſti tractus virginitatē obſeruaret; magiſq; in ea oblectaretur q̄ in carnis delitiis. Quāobrem alter ſequutus eſt effectus. Nam Saluatorē nobis enutriuit, qui carnis pace Ioſeph oblectat⁹ in eius brachiis quieſcere voluit.

De beatitudine pacis.

Virgo magiſ oblectat in uirginitate q̄ in delitiis carnis.

De beatitudine persecutionis.

Quas tandem fuerit perpessus persequutiones, sancto docente euangelio cognouimus.

De dono plenitudinis gratiæ. CAP. XVII.

SAcra referũt eulogia, nõnullos, diuino munere plenos gratia fuisse. Christus nẽpe plen⁹ gratię & veritatis, legitur. Diua mater, gratia plena ab Angelis fertur. Stephanus plenus gratia & fortitudine, in actibus apl'orũ laudaẽ. Habita itidem, plena operibus bonis & elemosinis: capite nono, eiusce voluminis asserit̃. Apl'os vero spiritusancto repletos scim⁹. Quadere nũc querit̃. An hęc gratiæ plenitudo, sancto Ioseph cõuenire queat: itavt de illo dicere possimus, qd in Hester libri capite qntodecimo legit̃. Vidi te Dñe, quasi angelũ Dei, & conturbatũ est cor meũ prę timore gloriæ tuæ. Valde.n.mirabilis es dñe, & facies tua plena est gratia℞. Dicit̃ itaq; plenitudo gratiæ supeffluẽtis doni eius, abundãtia quę duplex existit. Prima nõ recipit & effluit: & hęc est soli⁹ Dei. Secũda recipit & effluit & hæc hominib⁹ quoq; cõpetit: licet difformiter. Alia enim fuit plenitudo gratiæ Christi: alia diuinæ matris eius alia reliquo℞. Substãtial'r quidẽ plenitudo Christi est veritatis & diuinitatis, dicente aplo. In illo habitat plenitudo diuinitatis corporal'r. Beatæ plenitudo virginis, fuit mẽtis & ventris, reliquo℞ vero mentis tantum. Origine pariter differũt, hę plenitudies. Prima enim est fontis. Secũda fluminis a fonte. Tertia riuuli ab vtroq;. Verũ plenitudo gratiæ, quę cõis sanctis existit, duplex inuenit̃. Quidã etenim sancti effluũt de interiori perfectione ad exteriorẽ perfectionẽ, ad suam saluationẽ & aliorũ per bona exẽpla ędificationẽ. Et hæc plenitudo sufficiẽtie

Hester.

Triplex plenitudo grę.


¶ At de aureola ꝑdicatorũ sic argumẽtamur. Plus est Christũ ꝑdicare facto q̃ verbo. Sed Ioseph Christũ factis sũmopere ꝑdicauit; quib⁹ quidẽ occasionẽ vniuerso prestitit orbi; vt cõuerteret̃ ad adorandũ Deum verũ hominẽ factũ.

Alia rõ.

¶ Itidẽ veri ꝑdicatores desursum illuminant̃, suo tpe loquunt̃, & ad Deũ verũ cognoscendũ quosq; conuertere conant̃. Sed Ioseph ab Angelis fuit illuminat⁹, quib⁹ cõuersabat̃ suo tẽpore de Deo est loquutus. Verba nẽpe ꝑdicatoris fumus sunt diuini ignis in corde ardẽtis, atq; in Christi cognitionẽ mortales ad vitã æternã deducere satagẽtis. Subsistam⁹ hic parũper, & Ioseph multos per ãnos habitantẽ in Ægypto meditemur.

Exhortatio sãcti Ioseph ad ægyptios.

An nõ credimus Ioseph ĩnumeris vicibus fuisse exhortatũ, eos cũ quib⁹ cõuersabat̃ ægyptios, vt Deũ verum colerẽt. Si quãdo cõtigerit eos audire, Messiam ꝓmissum in lege iudeorũ aduenisse, vt crederẽt ꝑsuasisse. Aiebat vero, Deus erit verus & verus hõ, & ipse renouatur⁹ est mundũ. Vestra destruet idola: ĩnouabit sacrificia: renouabit leges, mores, vitã, regna & imperiũ. Hac tẽpestate, q sanctę legis ꝓfundiora vero intellectu dignoscũt, Messię asseuerãt tempora adesse. Quod ꝓfecto apud me dubiũ nõ est. Vos hortor o fratres ægyptii lętemini, q̃a pariter vos redimet a potestate tenebrarũ. Vos ęq̃dẽ ex hominib⁹ illi credẽtes eritis siles Angelis imo hoĩes in se credẽtes messias, tandẽ donabit æterno regno cœloꝝ.

Hortabatur Ioseph nazarenos

Verũ cũ in Nazareth Galileæ habitaret ciuis & cognit⁹, ampliora quotidie ꝑdicabat. O quoties beniuolos & vere amicos hortabat̃: vt q̃attẽtissime faciẽ, verba, mores Iesu filii sui animaduerterẽt. Arbitrabatur enim q̃ caro illa diuinitatis odorẽ, cęteris emitteret, sicut sibi. Persuadeo demũ mihi ipsi sicut præsentia corpis Christi in ecclesia ac sacramentoꝝ virtute pluri-

mi salui fiunt: sic & in Nazareth ciuitate, illis tēporibus multi sint ad Deū cōuersi cōuersatione Christi, beatissimæ Virginis moribus, meritis quoq; ac verbis Ioseph, Petro inquā nō ꝯtradicēte, multa mihi ꝑsuadeo q̄ apti⁹ catholicæ mētes cōtēplabunť apud se quiescētes. Qꝛ si Petrus cuius thronū lumen fidei ambit: ea apertius minime docet neq; cōtradicit. Proficiamus ergo meditando, quod Petrus sustinet conticendo.

¶ De donis fructuum. CAP. V.



Icturi de donis fructuū suppoām⁹ tria. Primū est fructus diffinitio. Secūdū, exhibitio. Tertiū, diuisio. Est aūt fruct⁹ prout ab aurea & aureola distinguiť, pręmiū quod specialr debeť homini: ex hoc ꝙ ex semine verbi Dei in spiritualitatē cōsurgit, excolēdo carnē suā. Vnde aurea gaudiū est de Deo: aureola de triūpho. Fruct⁹ vero est gaudiū & delectatio de spūali exercitio: qa delectatio spūalis debeť specialr illi q abdicauit a se carnalē affectū. ¶ Circa scdm dico ꝙ fructus debenť & exhibenť virtuti cōtinētię vel castitatis. Scito. n. ꝑm doctores ꝙ sicut aureola nō debeť cuilibet victorię; sed excellēti & in materia ꝑstāti: sic & fruct⁹ suo modo. Quia enim importat delectationē debitā spernēti delectationē: ideo debeť illi virtuti, nō quę spernit minores delectationes, sed quę spernit maiores. s. venereas, vt est continētia. ¶ Circa diuisionē triplex fructus a Saluatore doceť; trigesim⁹, sexagesim⁹, & cētesimus: cuius rō est. Cum. n. fructus debeať cōtinētię, ꝑm diuersos modos continēdi sunt diuersi fructus. Est autē triplex continentia ad salutis necessitatē, q̄ est coniugatorum. Licet enim sola delectatio venerea cū cōiuge. Ad ꝑfectionē ꝑm determinatum tempus, vt viduarum. Et

Diffinitio fruct⁹.

Cui debeantur fructus.

Soli cōtinētię debenť fructus.

Rō diuisiōis fructus ī cētesimum sexagesimū ꝛ trigesimū.

ad pfectionē vlr & simplr, vt virginū. Cōtinēti itaq; cō tinentia, ad necessitatē salutis debet fructus trigesimus. Cōtinenti vero cōtinentia abūdanti pm tēpus determinatū, sicut est cōtinētia vidualis q̄ abstinet a secūdis nuptiis, debet fructus sexagesimus. Cōtinēti autē simplr & vniuersalr, qd est pfectionis virginalis, debet fruct9 centesimus. Et sicut ad aureolā nō sufficit votū seu ppositum sine effectu: sic nec ad fructū. Vnde si quis incōtinens pœniteat in morte, cum pposito cōtinēdi; auream qdem habet sed nō fructū. Qui vero corruptus de peccato pœnitēs, vixit sanus cum pposito cōtinēdi nisi matrimonialiter, fructum habet trigesimū: sed si cum pposito continendi simplr, habet fructū sexagesimū. Nam fructū centesimū habere neqt, sicut nec aureolā, exquo corde & corpore semel corruptus est. ¶ Enimuero q̄ ad Ioseph spectat, pbatur donis fructuū q̄magnificētissime illum clarere apud superos. Tūm qa primum & vltimū simul habuit: Virgo nēpe ppetuus & coniunx fuit. Tum quia fructū trigesimū pfecte habuit. In trigesimo enim fructu, qui debet cōiugatis per denarium gloriæ æternę perfectio signatur: per ternarium tria bona coniugii, fides, proles, & sacramētū; per quę coniugati tendunt ad vitam æternā. Illa vero tria habuit excellentissime Ioseph: ergo etiā fructū trigesimū. Centesimus fructus qui consistit ex denario in se ducto, vitam in terris angelicā signat, per quā tendit ad societatē Angelorū in cœlis. Vitam profecto angelicā Ioseph duxit in terris, cum rege & regina Angelorum; regis pater vocatus, Reginæ maritus: Angelis quoq; familiaris: quorum illuminatione, admonitione & apparitione, dirigebatur ad ministerium pagēdum, ad quod electus fuerat a Deo. Ausim ego disputare, neminē īter mortales viros

Probat Ioseph habuisse fruct9

fructus cẽtesimi arborẽ possedisse fœcũdiorẽ q̃ Ioseph. Noe qdem & Abraã fruct⁹ dulcedinẽ sexagesimi attigere, sed nũq̃ centesimi: qa nõ virgies, sed corrupti mortui sunt. Moyses coniugis amplexus nõ horruit, diuinæ quãq̃ visionis munere viuens, fuerit donat⁹. Ioseph quidem Deũ p essentiã vidisse, nusq̃ legim⁹: at virgo innocẽs q̃iucũdissime vsq; ad mortẽ pseuerauit. Virgo ergo possidet centesimũ, quẽ Moysi mens nõ habet, nec in se experiet aliquãdo. O Deus imortalis, cui similẽ faciam Ioseph patrẽ tuũ: nisi tibi ac tuę genitrici, q peccatũ carnis nõ nouit, vt Dauid, Salomon ac Prophetæ: nec dolus inuent⁹ est in ore eius. O diuini Ioseph terrã fœcundissimã, q̃ suapte natura, petræ sterilitatẽ nesciuit, spinarũ punctiões ignorauit, & impia volucrũ cœli rostra nõ psensit. O Ioseph vere beatũ virũ, quẽ singulari fructuũ dono apud cœlicolas dõatũ, certo certi⁹ nouimus fide, rõne ac interiori spiritu q̃efficacissime docentibus. Prȩclarior Ioseph patrib⁹ donis fructuum.

¶ Q: celebrandũ sit festũ sancti Ioseph. CAP. VI.

PLuribus coacti rõnibus debent fideles celebrare annua festa, ob honorẽ beatissimi Ioseph. Quarũ prima sumitur ab exemplo Christi dei dicentis. Discite a me. Gregorius. Oĩs Christi actio, nostra est instructio. Itidem morale est cũctis seruis fidelibus, vt quem rex diligit & venerat, diligant, aut saltim amplius ipsi venerent. Deus itaq; homo factus, cũ fuerit in terris veneratus, charitate interiori illũ vere amando, humilitate exteriori ei se subiiciendo, ac pro naturę debilioris egritudine, beneficia ab eo accipiendo, cogimur pariter nos, ingrati ne forte serui & nequã, inueniamur Ioseph venerari, diẽ illi⁹ festũ celebrãdo quotãnis. Hunc nãq; honorem sanctis deferre solemus annuum Pria rõ.

quos diligimus & honore prosequimur.

Secunda ratio sumit̃ ex ꝯsyderatione beatissimæ Virginis Mariæ, quã qui nõ amãt & colũt, siles sunt bestiis insipiẽtib⁹. At Virgo sanctissima Ioseph dilexit, illũqꝫ ꝑcęteris veneratus est: qm̃ vera eius coniunx extitit, quã etiã direxit & gubernauit, idẽ ipse Ioseph Deo iubente.

Nõ ẽ cultor beatę Virginis q Ioseph nõ venerat̃

Beatissimæ ꝑfecto Virginis verus nunq̃ poteris eẽ cultor: nisi illius voluntatẽ ac mores sategeris imitari. Ipsa vero dũ inter mortales vitã degeret, honori studuit Ioseph sponsi sui. Quadere ambigẽdũ minime, acceptissimũ beatissimæ Virgini annuũ fore illius festum.

Tertia ratio sumit̃ ab excellẽtia sanctitudinis diui Ioseph: qua paucis admodũ in vita beata rõnabilr̃ credit̃ esse iferior: veluti ex ꝑdictis dicẽdisqꝫ exploratũ eẽ põt.

Quomõ celebrãda sit festiuitas. s. Ioseph. CA. VII

Circa explanationẽ modi celebrãdæ festiuitatis sancti Ioseph tria dicemus. Primo. n. declarabitur ꝙ in numero cõfessorũ est locandũ nomen eius. Secũdo, ꝙ officiũ illius solẽniter decantari debeat. Tertio quo ordine sit nominãdus in letaniis. Quisqs in ecclesiæ militãtis impio colit̃, aut apl̃us extitit, quorum aplõrũ numerũ augere solius est Dei aut martyr, aut cõfessor fuit. Cõfessores dicunt̃, q nomen Saluatoris obseruatione diuinoꝝ ꝑceptoꝝ mortalibus patefecerunt. Quoꝝ alii, diuino cultui studuere, alii ꝑdicatiõib⁹, lectionib⁹, nõnulli scribẽdis voluminib⁹, qdã opib⁹ intẽdentes misericordiæ, exẽpla recte viuẽdi nobis reliqrũt. Hoꝝ merito in eccl̃a ascribi debet Ioseph, nedũ in eoꝝ corona ꝑclarissim⁹ effulget: ꝑcęteris. n. suũ dilexit auctorem, Saluatoris studuit pietati, operib⁹ misericordię nõ

Cõfessores q dicantur.

Ioseph de numero cõfessorũ ecclesiæ.

homines pſequēs, ſed Deū ipſum verū humana circū-datū carne, illiuſq; matrē beatiſſimā. Hic pmū iuſti nomen obtinens, ſancto teſte euāgelio, tāto mentis ardore infantē Chriſtū credit coluiſſe, quātū humana nequit explicare mortalitas. Cum itaq; pro Chriſto mortē violentā minime ſubierit Ioſeph, merito inter ꝯfeſſores locādus eſt. Quoꝝ primus cenſet, veluti Ioānes baptiſta primus martyr, ab Saluatoris tēpeſtate pdicat. ¶ Quadere, quādo nemini cedit cōfeſſorū in meritis, ſolēne illius officiū celebrandū erit. Porro ſi apłos, euāgeliſtas, ſi quattuor eccłię doctores, Ambroſiū, Auguſtinū, Hieronymū & Gregoriū venerari ſingulr mādat ſancta mater eccleſia. de re. & vene. ſan. in ſexto. qa doctrinā Chriſti pdicātes mundi lumina extitere: cur nō eadē ſolēnitate venerādus eſt Ioſeph, q verbū ipſum Dei, toti mūdo enutriuit. Amicos Chriſt⁹ vocauit apłos, Ioſeph patrē ipſe Deus & homo nominabat. Honoramus patronos vrbiū ſub feſto ſolēni: cur nō patronū Reginæ noſtræ Mariæ virginis, eodem venerabimur honore. Supremę itaq; ſolēnitatis officio, Ioſeph beatū pſequamur: quē in terris pcęteris hominib⁹, Chriſt⁹ ac beata Virgo venerati ſunt. Adde quos vales ſolēnis Ioſeph honores: quoniā eiuſdē merita, nōdum nobis ad plenū dignota exiſtūt. Quātis plauſib⁹, qua lętitia, qbus honorib⁹ ac pconiis, pſonare cœleſtē credimus hieruſalē; cū Ioſeph noiat; quē parentē, Deus ipſe vocare dignatus eſt; quē regina Angeloꝝ, ſpōſum amātiſſimū adhuc clamitat. ¶ His itidē rōnib⁹ nullo mō cōticēdū in letaniis eſt nomen eius. Sed Ioſeph in ſāctoꝝ ordine ꝯfeſſorū, prim⁹ nominādus eſt. Nō. n. fas eſſe videt, vt inferiorē obtineat locū cui Saluator ſupra ſe locū ꝯceſſit. Neq; ſubiici debet nomē illi⁹ alteri, cui Chriſt⁹ ipſe ſe ſubiecit. Eteni

Solēne debet eē officium sācti Ioseph.

Sanctus Ioseph in letanis nominādus p̄musi ordine cōfessoꝝ ē

ꝓpter Christũ ac beatissimã Virginẽ matrẽ, oĩs honor Ioseph exhibit⁹, ꝓclarissimus atq; dignissim⁹ esse debet.

¶ Cur a maioribus omissa fuerit celebritas sancti Ioseph. CAP. VIII.



DVbitari merito solet a plerisq;, cur ab antiqs minime celebrata fuerit solẽnitas diui Ioseph Quib⁹ respondet, patres nostræ sanctæ mr̃is ecclesiæ fundatores, totis animi votis sategisse, quo diuini dñi Iesu naturã, populis ꝑdicarẽt: alidẽtes ad petrã fidei inumeras hęreses, cõtra eandem diuinitatẽ passim insurgẽtes. Quadere ab his cessauere solẽniis, patres ꝑsertim occidẽtales ac ꝑcipue Romana eccl̃ia, quę oẽm hęresim extollentẽ se, aduersus sanctã veraq; fidei doctrinã, ipsa ꝑmanens imaculata, destruxit. ¶ Est itidẽ Ioseph veluti medius inter patres noui & veteris testamenti: rarior vero celebrata est festiuitas, ob honorẽ patrum veterũ. Inde Vbertinus de Casali ordinis minorũ ait. De sancto Ioseph ecclesia nõ solẽnizat: qa ad lymbum descẽdit & ad vetus ꝑtinet testamentũ. ¶ Ex ꝑte abscondita quoq; fuere, finis, miracula, bñficiaq; sãcti Ioseph quę deinde pacata ecclesię veritate, & clarius eadẽ in lucem deducta, catholicis inotuere ꝑplis. ¶ Adde ꝑmos patres, martyrum tantũmodo cõsueuisse ab initio festa ꝑcolere. ¶ Arbitrabãt necnõ festa natalia saluatoris, circũcisionis, adoratiõis a Magis, ꝑsentatiõis Christi in tẽplo, ac relationis pueri Iesu ex Ægypto, Christo deo beatæ ac Ioseph fere esse cõia. Quaobrẽ nõ alia festiuitate cõtenti, venerabant sanctũ dñi Ioseph. Appropinquãte aũt mũdi termino & iam credere volentibus, satis superq; manifestata Saluatoris diuinitate, declaratis quoq; diuinarum litterarum obscuriorib⁹ locis, iamq; palam

Pria rõ.

Secũda ratio.

Tertia rõ

Quarta ratio.

Quinta ratio.

cunctis effecto Ioseph: q̄q̄ spōsum beatæ Virgis, nunq̄ tamen ad eius attigisse nuptias, sed cōmuni voto emisso vna cum Virgine intacta, virginitatē obseruauisse; rationabiliter credēdū est Deum imortalem velle, in fine temporū Ioseph in ecclesię militātis imperio, peculiaribus honoribus venerari. Decet profecto, vt quē Christus veluti patrē veneratus est, sanctam quoq; matrem ecclēsiā, aliquādo singulari reuerētia prosequi. Et cum initia nascentis ecclesiæ ac media tēpora psequutionib⁹ tyrānorum ac hęresum incendiis acta id phibuerint: cōsequens est, vt hęc in fine temporū peragantur. Quare gratissimū Deo esse nō veremur, si quispiā votis sanctū implorauerit Ioseph. Quidē enim Ioseph negabit fili⁹ Dei, qui totis charitatis visceribus illum semp dilexit. Quis filius nisi ingratus, æternę mandat obliuioni paterna beneficia? Filius autē Dei, solem suum oriri facit super bonos & malos. Cum itaq; ad sanctū Ioseph accedimus, eius imploraturi suffragia, ne quęso titubem⁹ ne formidemus: sed constanti teneamus fide, talia Deo imortali vota, fore gratissima; necnon & reginę Angelorum. Mandauit Deus ipse Dei filius, grande hoc pręceptum obseruari, sub cōminatione maledictionū temporalis & æternę. Honora patrē tuū. Suadet hoc idem ratio, cogit natura: cur ergo dubitādū erit, rem acceptissimam, nos facere Dei filio, quando patrē eius Ioseph (sic enim eum vocant euāgelia) talibus veneramur obsequiis. Qui honorat patrem, honorat filiū. Qui sponsum diligit, & sponsam: qui munera sponso donat, spōsam pariter gaudiis afficit. Apud cœli ciues, nō minuit charitas, mutua dilectio, affectus, vota non perduntur: sed ad perfectū vsq; ascendūt. Nam qui sm̄ Deum hic mutuo se dilexerūt, cum fuerint cœlestē ingressi patriā,

Exhortatio ad solēnia sancti Ioseph celebrāda.

ampliori se dilectiõe ꝓsequent. Nulla illic erit inuidentia: cõis lętitia, cõiaqꝫ cętera. Qꝫ si hęc in sanctis inueniũtur, quid erit in sancto sanctorũ Deo vero? Itaqꝫ cũ Dei filius intuetur in lumine suę glorię, quẽpiã sancto affici Ioseph, illius studere honori, eius implorare suffragia gaudet ꝓfecto; vt filius suum nutritorẽ honoret, ãnuit votis, exaudit clementius: & pro paterna gloria, abũdãtius munera inuocãtibus effundit cœlestia. An forte reginam mũdi totis nõ optare animi votis, gloriã sui verissimi sponsi & honorẽ dubitamus? Quisqs in sanctis refrigescere charitatẽ, insipiens opinari potest, talia superis non esse gratissima dicat. Igitur o fidelis ac deuote beatę Virginis, quando illius persolues rosariũ, nõ pigeat te in fine, quępiã ob honorẽ spõsi sui diui Ioseph, peragere. Talibus etenim tua Deo gratiora reddentur, quibus pariter cœlum lętificabis & terrã. Cœlum inq̃: quia tota applaudit curia cœlestis, quando Saluatoris nutritor honoratur. Et terra, quia homo de terra ortus, atqꝫ ipsa sancta mater ecclesia, quę terra est viuentiũ vita gratiæ, munera suscipiunt cœlestia, meritis ac pręcibus sanctissimi Ioseph.

Gaudet Christus de honorę sancti Ioseph.

In fine rosarii: dicat ali quid ob honorez sancti Ioseph.

¶ De consuetudine orientalium celebrantiũ festũ sancti Ioseph. CAP. IX.

COnsueuere Orientis catholici, festa sancti Ioseph celebrare vigesima Iulii, ingenti veneratione. Magnis etenim honoribꝰ sanctũ prosequuntur Ioseph, lętanturqꝫ apprime in eius festiuitate. Horũ in ecclesiis solet, vita quępiã sancti Ioseph legi. Hæc de hebręo in latinũ deducta eloquiũ, a viro catholico & Romanã ecclesiã, debita veneratõe prosequẽte,

Magna oriẽtaliũ solẽnia sancti Ioseph,

ad man⁹ meas deuenit. Is inter sarracenos cõstituto sibi ꝑpter merita sancti Ioseph, bonũ fuisse cõfitetur. Transtulit vero prefatã historiam, anno dominicę incarnationis, Millesimo trecentesimo quadragesimo. die. xvi. Ianuarii. Illius vero historię, sequẽtia, epithoma sunt.

Vita. s. Ioseph ſm oriẽtales.

¶ Vna dierũ Saluator noster dñs Iesus christus, sedẽs cum discipulis suis in monte Olíueti de sancto Ioseph patre suo putatiuo, talia dixit. Ioseph faber fuit oriũdus de Bethleem de domo Dauid: didicit a iuuẽtute scientiam & sapientiã. Sciebat autẽ artem carpentariã. Erat quoqꝫ Ioseph iustus valde, & in oibus suis dabat gloriã Deo. Maria autẽ mater mea adimplebat in ętate duodecim annos. Fuit enim per parentes suos oblata in tẽplo, puella trium annorũ & mansit in templo nouem annis. Tunc sacerdotes cõsyderantes istam Virginẽ sanctã & timentẽ Deum, dixerunt adinuicem. Ista puella creuit. Quęramus vnũ hominẽ timentẽ Deum, cui cõmendemus eam, & maneat apud illum vsqꝫ ad tẽpus nuptiaꝝ, ne forte eueniat sibi in tẽplo quod euenire fœminis cõsueuit, & imputetur nobis ad peccatũ & incurram⁹ iram Dei. Tunc vocauerũt duodecim seniores de tribu Iuda & scripserũt oẽs cognationes tribus & cecidit sors super Ioseph virũ iustũm & sanctũ. Tunc dixerũt sacerdotes virgini Marię matri meę. Vade cũ Ioseph spõso tuo & mane apud eum vsqꝫ ad tẽpus nuptiarũ. Et sic de mãdato sacerdotũ accepit eam Ioseph Virginẽ comẽdatã & desponsatã, & duxit eam in domum suam. Cũqꝫ Maria mãsisset in domo Ioseph, iuit ad locũ distantẽ, vocatus vt operaret̃ de arte sua. Tunc ego cũ voluntate pr̃is mei & cum cõsilio spiritussancti, descẽdi in virginẽ & carnẽ assumpsi. Quod sacramẽtum excedit oẽm scientiam &

cognitionē omnis creaturę. Post tres menses rediit Io-
seph benedictus cōpleto opere ad quod iuerat, & inue-
nit Mariā virginē habētē in vtero, & timuit, & expauit,
& cogitauit occulte dimittere eā. Et prę angustia cordis
& solicitudine & timore nō comedit nec bibit die illo.
Et media nocte apparuit ei angelus Gabriel in somnis,
de mādato Dei patris mei, & dixit ei. Ioseph fili Dauid
noli timere accipere Mariā sponsam tuā. Nam impleta
est spiritusancto, & pariet filiū, & vocabis nomen eius
Iesum, & ipse est ille qui reget oēs gētes in virga ferrea.
Et discesit angelus ab eo. Et surgēs a somno Ioseph fe-
cit sicut pceperat ei Angelus. Et mansit apud eū Maria
mater mea. Post hęc exiit edictū a Cesare Augusto, vt
describeretur vniuersus orbis, & vnusquisqꝫ in ciuitate
sua. Tunc Ioseph assumpsit Mariā virginem sponsam
suam pgnantē, & venit in Bethleē ciuitatē suam: & scri-
ptus est in registro cōmuni sic. Ioseph de progenie Da-
uid & Maria vxor eius, ambo de tribu Iuda. Cum autē
essent ibi, appropinquauit tēpus pariēdi Marię virginis
matris meę: & peperit me in spelunca, quę est ppe sepul
chrū Rachel, quæ fuit vxor patriarchę Iacob, & mater
Ioseph & Beniamin. Diabolus autem posuit in corde
Herodis regis vt quęreret me ad pdendū. Timuit enim
ꝙ regnum meum non esset de hoc mūdo. Non fuit au-
tem ille Herodes iste, qui interfecit Ioannem baptistam
cognatū meum & charissimū meum: sed fuit pater Ar-
chelai. Apparuit autē Angelus Domini in somnis Io-
seph, dicēs: Surge & accipe puerū & matrem eius & fu-
ge in Ægyptum: & esto ibi vsqꝫ dum dicam tibi. Futurū
est enim; vt Herodes quęrat puerū ad perdendum eum.
Surrexit autē Ioseph & accepit me & Mariam matrem

Gabriel angelus apparuit ī somnis Ioseph.

Quomō fuerint scripti ī registro Ioseph ꝛ Maria

meam nocte & venimus in Ægyptum: & mansimus ibi vsq; ad obitū Herodis, qui mortuus est corrupto corpore toto, morte pessima, pp sanguinē quē effudit puerorum qui peccatum non fecerunt. Mortuo autem isto neq̄, venimus & habitauimus in ciuitate Galileę quę dicit Nazareth, vbi Ioseph benedictus operabatur de arte & viuebat de opere manuū suarum. Qui non comedit vnq̄ panem alicuius gratis, & viuebat perfectus s̄m legem Moysi. Et post hæc senuit Ioseph & processit in diebus suis: non tamen debilitatum fuit in viribus corpus eius: nec obfuscatus est visus oculorum eius: nec cōputruit dens aliquis oris eius: nec decrepuit in aliquo mēs eius. Sed erat in tanta ætate completus in omnibus viribus suis & fortis in omnibus membris suis, sicut in iuuentute sua. Et ego cōuersatus sum cum eo in omnibus, sicut si essem filius eius. Et eram per omnia sicut ipse, excepto peccato. Et vocabam Ioseph patrē, & ipse vocabat me filium suum. Et ego obediebam matri meę & Ioseph in omnibus: nec vnq̄ transgressus fui verbum eorum: sed eram subditus illis sicut filii parentibus. Et diligebā Ioseph valde, sicut pupillam oculi mei. Appropinquauerunt autē dies Ioseph vt moreretur: & apparuit ei Angelus Domini, & dixit ei q̄ deberet cito transire de hoc sęculo & apponi ad patres suos. Qui timuit, & surgēs iuit in Hierusalem & intrauit in templum & orauit longius Deum q̄ ei propitius esset in hora mortis suæ. Et vt mitteret sanctū Archangelum Michaelē, qui eum defenderet ab inimicis suis. Et orauit etiam q̄ Angelus bonus qui fuerat ei ad custodiam deputatus ex vtero matris suę appareret ei, cum læta facie & grato aspectu, & associaret benigne animā eius, & non permitteret spiritus

Ioseph perfect⁹ nunq̄ comedit panem gratis.

Dispositio sācti Ioseph ad moriendum.

terribiles &aduersos appropinquare ei. Et postq̃ orauit rediit in Nazareth, & intrauit in domũ suã, & infirmatus cecidit in lectulum suum, & aggrauata fuit valde ei⁹ infirmitas. Et appropinquãte hora mortis cepit Ioseph turbari. Tunc ego intraui ad eum & dixi ei. Salue pater mi Ioseph, quid est ꝙ sic turbaris homo bñdictus & sanctus? Qui cum audiuisset vocem meã, respondit. O fili mi dilecte, mi Iesu multotiens salueris. O fili mi, dolores & timor mortis circundederunt me: sed q̃cito audiui vocem tuam, anima mea consolata est me. Nam tu es Iesu Saluator & liberator animæ meę. Tu es cortina, quæ tegis peccata mea: nomen tuum in ore meo dulcissimum est. Iesu tu es virtus oculorum meorũ. Tu es auris, quę audis vniuersa, audi me seruum tuum hodie, supplico ꝙ respicias & recipias lachrymas quas effundo in conspectu tuo. Nam credo te verum Deum & Dominũ: sicut Angelus dixit mihi pluries. Et nõ imputes mihi ad peccatum ꝙ cogitaui dimittere sanctam & puram Virginem matrem tuam, quando vidi ipsam primo prægnantem. Nescius enim quid facerem, Angelus Domini docuit me sacramentum tuum mirabile, & direxit me, & mandauit mihi, ꝙ imponerem tibi nomen Iesu; & dixit mihi, ꝙ tu es ille qui saluabis populũ a peccatis eorum. Et tu domine Deus meus ne irascaris mihi propter horam illam. Ego enim credo te verum Deum & verum filium Dei. Et cum hæc dixisset, pręualuit infirmitas, & non potuit amplius loqui. Tunc ego sedi ad caput Ioseph, & mater mea sedit ad pedes eius. Conuertit ergo senex faciem suam ad me, & suspiriis magnis suspirabat ad me. Et ego inclinaui me, & tetigi pedes eius & tractaui, & tenui manum eius inter manus meas longa

Pulchra orõ Ioseph ad Christũ.

Vice ultimę cõfessiõis.

hora. Et ipse Ioseph faciebat signa sicut melius poterat ꝙ non dimitterem eum, & habebat fixos oculos in me: & venerũt Michael & Gabriel ad patrẽ meum Ioseph. Et sic patienter & lætanter expirauit. Ego autem manu mea clausi oculos & genas eius, & composui vultũ eius. Et tota ciuitas audiens mortem Ioseph, conuenit: & familiares amici eius lauerunt corpus Ioseph, & vnxerunt illud vnguentis optimis. Ego autem interim rogaui patrem meum: & completa oratione venit multitudo angelorum: & pręcepi duobus de illis vt vestirent corpus Ioseph. Et ipsi Angeli induerunt in stola candida corpus senis benedicti Ioseph. Et ego benedixi corpori ei⁹ ne putresceret. Et dixi etiam. Ego benedicam & ero auxiliator omni homini in ecclesia iustorum, qui in die memoriæ tuę, O Ioseph, Deo sacrificium obtulerit. Et qui meditabitur in vita tua & in laboribus tuis & in transitu tuo de hoc mundo; quando exierit anima sua de corpore suo, ego delebo peccata eius de libro, vt non puniantur in die iudicii. Et pestilentia non intrabit, & mors subitanea non veniet in domum, vbi fuerit memoria tua. Et portauerunt corpus Ioseph, maiores natu ad sepulchrum. Et ego recordatus fui dierum, quibus portauit me in Ægyptum, & suorum multiplicium laborũ quos pertulit mecum, & fleui inclinatus super corpus eius. Et posuerunt corpus Ioseph patris mei in sepulchro iuxta corpus patris sui Iacob. Mortuus est autem die vigesimo Iulii.

Obit⁹ s. Ioseph.

Bñdictũ a Christo corp⁹ Ioseph: ne putresceret.

Bñdixit Christus agẽtib⁹ memoriam sãcti Ioseph.

Lachrimatus ẽ Christus in sepultura Ioseph.

¶ Hæc sunt quę ab oriẽtalibus accepta breuiuscule recensui. Multa vero omissi, quę ab sanctæ Romanæ ecclesiæ cultoribus, cuius deficere nequit veritas, Christo conseruante, minime reciperentur, vt arbitror.

¶ De mirabilibus acceptis propter vota facta sancto Ioseph. CAP. X. & vltimũ.



Idicimus ab quopiam viro venerabili in inclyta Venetiarum vrbe Italiæ: nobilem virũ quempiam consuetum per singulos dies ante imaginem sancti Ioseph in ecclesiæ nonnullius pariete pictam, genua flectere, sanctumq; Ioseph precibus venerari. Post longius obseruatam, corde sincero & nobili, talium precum consuetudinem: lecto decubuit, graui morbo pressus. Hic vidit vigilans & sanis oculis sanaq; mente, sanctũ Ioseph, instar pfatæ imaginis cubiculum suum introeuntẽ. Quo visu mira cõtritione suorũ criminum affectus est. Illico autẽ euocato confessore sacerdote, cõfessionem criminũ suorũ more catholico peregit. Sicq; obdormiuit in Domino presentia sanctissimi Ioseph, ad superos (vt pie creditur) inuitatus.

Diu⁹ Vicẽti⁹ or. pdicatorum.

¶ Diuus Vincentius ordinis nostri predicatorii in sermone de natiuitate Domini, talia refert. Mercator Valentinus quolibet anno in die natiuitatis Domini inuitabat pauperẽ senẽ & aliquã mulierẽ habentẽ filiũ paruulũ, qui repsentabãt sibi Virginẽ cum filio & Ioseph. De quo fuit reuelatũ q in morte appatuerũt sibi, Virgo cũ filio & Ioseph dicentes. Quia recepisti nos in domo tua: ideo nos recipiem⁹ te in domo nostra. Hæc ille.

¶ Cætera que pculdubio innumera esse credimus, catholicis inuestigãda relinqmus. Illis nẽpe, sat esse nunc debent relata: quãdo sanctaq; enarratione litterarũ Romanæ ecclesiæ auctoritate, cõsentiente sanctorũ corona doctorum, magnus apud cœlicolas ac terrigenas, diuinus Ioseph esse credatur.

FINIS.

¶FINIS QVARTÆ PARTIS ET TO-
tius Sũmæ de Donis sancti Ioseph, sponsi
beatissimę virginis Marię, ac patris pu-
tatiui Christi Iesu Dei immortalis:
æditę a Fratre ISIDORO de
Isolanis Mediolanensi
ordinis Prędicatorum.

¶Inchoata fuit prædicta Summa per me fratrem
ISIDORVM de Mediolano ãno Domini
M.D.XIIII. de mẽse Martii, in oppido
Fontanelatę, in loco sancti Ioseph: ac
completa PAPIÆ, etiã quo ad
correctionem, Anno domini
M.D.XXI. in solẽniis
apostolorum Simo-
nis & Iudæ.

¶PAPIÆque IMPRESSA APVD
IACOB PAVCIDRAPIVM
M, D, XXII. TERTIO
CAL. SEPTEMB.



ERRATA IN IMPRIMENDO

¶ Nequit ars impssoria etiã diligẽtissimi ac intelligẽtissimi, nõ aliquos admittere errores, quos deiceps repetita lectio aĩaduertit. Itaq; lector cãdidissime, vt beatissimi Ioseph iucũdior tibi sit lectio, isthęc errata ꝯsiderato

¶ In prima parte.

Cap. Primo referunt. lege. referuntur.
Cap. II. in fine. si legeris verissima. lege. nõ verissima.
Cap. V. eidem virgini copulauisse. lege. interrogatiue.
Cap. VI. ad contrariũ inclinetur. lege inclinet.
Cap. XI. in fi. Ne pulchritudo rege. lege. pulchritudinẽ

¶ In secunda parte.

Nota q auctoritas. B. T. primo adducta, impfecta est.
Cap. V. circa finem folii. 32. Abel dictus est quia. lege. Abel dictus est iustus quia.
Ibidẽ. Sed Deus nõ accepta. lege. Non modo accepta.
Cap. VII. In cõspectu seruãt. lege. in ꝯspectu Dei ꝟuãt.
Cap. X. cõticuisse. lege. euenisse.
Cap. XII. in principio. In hæc verba dicens. lege. in hęc verba aperit dicens.
Cap. eodem. Romani. lege. Romani.
Cap. XIIII. exprimitur. lege. exprimũtur.

¶ In tertia parte.


Cap. X. noluit. lege. voluit.
Ibidem tertius. lege. certius.
Cap. XIII. ordinis. lege. ordinibus.
Cap. XV. in fine. Ioseph. lege. Moyses.
Cap. XVII. Angelis. lege. Angelo.
Ibidem. Habita. lege. Thabita.
Cap. Vltimo. cœleste his. lege. cœleste exemplar his.

¶ In quarta parte.

Cap. IIII. Tum primus. lege. Tum quia primus.
Ibidem. Quibus cõuersabatur. lege. cum quibus.

¶ Incipit officiũ in festo sanctissimi Ioseph ꝯfessoris.

¶ In primis vesperis super psal. Antiph.



Beatũ virũ qui totis visceribus Deũ diligẽs iustiq; nomen obtinẽs, Reginam mundi matreq; Dei in hoc mortali corpore sponsam hr̃e meruit. PSAL. Laudate pueri. PSAL. Laudate Dñm &c. CAP. Dilectus Deo & hominib⁹ &c. RESP. Cherubin collocauit &c.iii. HYM. ¶ Iste confessor. VER. Ora pro nobis beate Ioseph, RESP. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

¶ Ad magnifi. Antiph.

¶ Magna est sancti Ioseph ꝓstantia, quem filius Dei custodem enutritoreq; delegit: ac pro sanctissimis meritis patris nomine consecrauit. ORATIO.



Eus qui sanctum Ioseph beatissimæ Virginis Marię matris vnigeniti filii tui sponsum esse voluisti, quiq; illum patrẽ eius vocare dignatus es: quesumus vt tãti cõfessoris intercessio gloriosa nos protegat. Per eũdem dominũ.

¶ Ad matutinũ Inuitatorium.

¶ Adoremus dominũ Iesum Christum. Qui priuilegio amoris sanctũ Ioseph dilexit iustũ. PSAL. Venite exultemus. HYM. ¶ Iste confessor.

¶ In primo nocturno.

ANT. Beat⁹ Ioseph ligni plãtati secus decursus aquarũ fructus, in tẽpore suo prim⁹ accepit. PSAL. Beatus vir. ANT. Dñs dixit ad me. Pr̃ me⁹ es tu, quẽ aduersus reges & ꝑncipes ĩfantẽ abscõdi. PSA. Quarẽ fremuerũt. ANT. Dñs susceptor meus est gloria mea & exaltans caput meum. PSAL. Domine quid.

LECTIO PRIMA.

CÆlestis pr̄iæ fratres dilectissimi secū afferēs gaudia, beatissimi Ioseph adest solēnitas. Decēs ꝑfecto ē nemine christiani tituli sacris isignitū, tātæ diei festiuis laudib⁹ nō interesse. Illi⁹ siqdē diē natalē celebram⁹, a cui⁹ genealogia oēm Christi ac beatę Virginis nobilitatē ab Adā, testāte sacro eloqo, didicim⁹. Hic est Ioseph iust⁹ ex semine Dauid, spōsus Virgīs mr̄is Dei ac pr̄ opiniōe quōdā iudeoꝶ Christi maximi Saluatoris. Tu autē.

Primū. RESP. Celebrem⁹ hodiernę diei festiuitatē q̄ sancti Ioseph merita ꝑclara recolim⁹. A cui⁹ genealogia omnem Christi nobilitatē a patribus acceptā didicim⁹. VER. Erat Iesus incipiēs quasi ānoꝶ triginta vt putabat̄ filius Ioseph. A cuius.

LECTIO SECVNDA

NEmo.n. fideliū ābigat īter Ioseph ac Mariā verū nō fuisse cōiugiū: quāq̄ vtriusq; virginitatis liliū pseuerauerit illibatā. Quāobrē angelus Mariā ꝯiugē Ioseph vocauit: qa cū caste dilectiōis amore & virginitatis votū & ꝯiugū diuinā charitatē vna Deo ꝓmiserūt Ioseph & Maria. Quodq; Adā peccās dignitatis amisit, āpliori iucūditate Ioseph inuenit: cū paradisum oīm virtutū reginā mūdi Mariā sūma veneratōe custodiuit. Tu āt.

Secūdū. RESP. Ioseph fili Dauid noli timere accipe Mariā cōiugē tuā. Quod.n. in ea natū ē, de spū sācto est. VER. Posuit aūt dn̄s Deus hoiem ī paradiso voluptatis vt custodiret illū. Quod.n.

LECTIO TERTIA.

BEatissim⁹ quoq; Ioseph merito cherubin custodiens viā ligni vitę fuit: qa gladio iustitię & ad virtutes oēs nācīscēdas versatili potēs Christū Iesum de quo dicit̄. Et erit tanq̄ lignū qd plātatū est secus decursus aquarū anteq̄ nasceret̄ in mr̄e custodiuit natū quoq; enutriuit. Hinc āgelus timēti Ioseph diuīa secreta, q̄ signis nōnul

lis dignouerat in vtero gestare Mariã, dixit. Ioseph fili Dauid noli timere accipe Mariã cõiugẽ tuã. Quod enĩ in ea natum est, de spiritusancto est. Tu autẽ.

RESP. Cherubin collocauit dñs & flãmeũ gladiũ atq; versatilẽ ad custodiẽdã viã ligni vitę. Cuius fructu hõ viuat in ęternũ. VER. Ioseph aũt cũ esset iust⁹ & nollet eã traducere, voluit occulte dimittere eã. Cuius fructu. Gloria patri. Cui⁹ fructu. ℣ In scdo nocturno. Tertiũ,

ANT. Ioseph sacrificãs sacrificiũ iustitię cõstitut⁹ est super monte sancto tuo dñe. PSAL. Cum inuo.

ANT. Astãs sanct⁹ Ioseph Christo dño vidit: qm̃ nõ Deus volens iniquitatẽ est. PSAL. Verba mea.

ANT. Diuino munere Ioseph paulomin⁹ ab angelis minorat⁹ admirabile nomẽ Dei in vniuersa terra patefecit. PSAL. Dñe dñs nr̃. LECTIO QVARTA.

DVplici itaq; reuelatiõe exteriori .s. & interiori; altera in beatæ Virginis corpe fulgẽte; altera angelo reuelante, certior effect⁹ Ioseph, Mariã cõiugẽ accepit. Cui omne obsequiũ p̃stitit veluti Reginę Angelorũ ac Deũ verũ in vtero gestãti. Attẽdebat Ioseph ꝯiugis diuinos mores eloqa sup mel dulciora, cui forsan angeli ipso vidente nõnunq̃ famulabanť: animaduertebat optatissimum antiqs patrib⁹ filium Dei apud se nasciturũ, & eliquebať cor eius prę dulcedine Dei. Tu autem.

RESP. Hęc aũt eo cogitãte, Ecce angelus dñi appuit ĩ sõnis Ioseph dicẽs, Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã. Quod .n. in ea natũ est de spiritusancto est. Pariet aũt filiũ & vocabis nomẽ ei⁹ Iesum. Quartũ

VER. Exurgẽs autẽ Ioseph a somno fecit sicut pręcepit ei Angelus domini, & accepit Mariã cõiugẽ suam. Pariet autẽ. LECTIO QVINTA.

NAsciturо igitur filio Dei totus orbis dum describeretur, ascendit Ioseph a Galilea de ciuitate Naza-

reth in Bethleē vt profiteret̃ cum Maria despōsata sibi vxore ꝑgnante. Peperitq; filiū Maria & reposuit illū in ꝑsepio: quia nō erat ei loc⁹ in diuersorio. Quis dubitat Christū natū Ioseph post Virginē ante pastores adorauisse, ꝓrupisseq; in lachrimas dulcedinis? O beatissimū confessorē qui tanta mysteria oculis vidit, quę antiqui patres in enigmatib⁹ cōtēplati lachrimabant̃: nosq; talia memorātes gaudiis afficimur cœlestibus. Tu autē.

Quinta. RESP. Ascendit Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in Bethleem, vt profiteretur cum Maria despōsata sibi vxore ꝑgnante. VER. Venit Ioseph eo ꝙ esset de domo & familia Dauid. Vt profiteretur.

LECTIO SEXTA.

NAtum mūdi Saluatorē omni solicitudīe, industria, adorationeq; Ioseph enutrire studuit. Vbi vero humani ingenii vires deficiebāt, aderat āgelus dñi illuminans quid agēdum foret: pręcipue quo tyrāni Herodis infantē Iesum persequētis seuitiā declinaret. Quapropter Ioseph admonitus in somnis ab Angelo secessit in Ægyptū. Et erat ibi vsq; ad obitū Herodis, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetā dicentē. Ex Ægypto vocaui filiū meum. Tu autem.

Sexta. RESP. Ecce Angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph dicēs. Surge & accipe puerū & fuge in Ægyptū. Et esto ibi vsq; dū dicā tibi. Futurū est.n. vt Herodes q̄rat puerū ad ꝑdendū eū. VER. Et intrauit Israel in Ægyptū & Iacob acola fuit in terra Cham. Futurū. Gloria. Futurū.

¶ In tertio nocturno.

ANT. Habitauit dñs in tabernaculo sācti Ioseph qui operatus iustitiā requescit in monte sancto tuo. PSAL. Dñe qs habitabit. ANT. Iustus sup salutari tuo exultauit vehementer: quia desyderiū cordis eius tribuisti ei. PSAL. Domine in virtute. ANT. Ioseph innocens

manibus & mũdo corde accepit benedictionẽ a Domino & misericordiã a Deo salutari suo. PSAL. Domini est terra. LECTIO SEPTIMA.

AT qa puer erudiẽdus erat iuxta diuías lr̃as in Nazareth galileę, defuncto Herode Ioseph accepit puerũ Angelo mãdãte & venit in terrã Israel habitãsq; in Nazareth Galileę pueritię Saluatoris tẽpora supauit. Verũ Ioseph Deũ consolatorẽ, quãuis p eã tẽpestatẽ apud se habuerit, psecutõis tñ rabie sedata ĩcognita egris mortalib⁹ solatia filii Dei teneris ãnis exptus est. O quotiẽs illũ brachiis gerẽs Ioseph osculabat᷑. Quotiẽs tacentẽ loq excitabat: qa nouerat sapientiã eius panẽ esse Angelorũ, ac totius orbis imperia temperare. Tu autem.

RESP. Defũcto ãt Herode ãgelus dñi appuit in sõnis Ioseph dicẽs. Surge & accipe puerũ & matrẽ ei⁹ & vade in terrã Israel. Defuncti sunt.n.q quęrebãt aĩam pueri. VER. Qui cõsurgẽs accepit puerũ & matrẽ ei⁹ & vẽit in terrã Israel defuncti. LECTIO OCTAVA. Septimũ

VErũ ne credideris puerũ Iesum blãdiciis Ioseph duriusculos act⁹ interposuisse: qm̃ beatissimæ matri patriq; putatiuo Ioseph solo nutu obtẽperabat dñs Iesus. Hinc Euãgelista ait. Et erat subdit⁹ illis. Quapp ea charitate diuĩa exarsisse Ioseph credim⁹: qua nil terrenũ magni faceret Iesu christi verbis, actib⁹, vultu, ãplexibusq; oblectat⁹, quib⁹ dulcedo inerat cœlestis. Tu autem.

RESP. Solẽnitas spõsi gloriosæ virgĩs Mariæ ex semĩe Abrãę ort⁹ de tribu Iuda. Cui⁹ merita inclyta cũctas illustrant ecclesias. VER. Regali ex pgenie Ioseph exortus refulget. Cui⁹ merita. LECTIO NONA. Octauũ.

CÆterũ cũ diuĩa charitate hoĩs sanctitas p̃stet quã augẽt diuinarũ rerũ cult⁹ ac diuisiões gratiarũ q̃ ab vno sũt spũ ãbigẽdũ minime est, maximi apđ Deũ eẽ meriti Ioseph beatissimũ siue dũ spũs humanos regeret artus,

siue in beatorꝝ societate exn̄s. Qua itidē frōte fili⁹ Dei, ꝑcib⁹ sancti Ioseph ꝓ nobis rogātis nō ānuet: in cui⁹ ob sequiū oīa q̄ potuit ꝑstitit. Itaq; fratres charissimi beati Ioseph suffragia, totis animi ꝑcordiis iplorem⁹ credētes q̄a q̄cūq; petierim⁹ Christū i noīe ei⁹ dabit nob. Tu āt.

Nonū. RES. Felix nāq; es sacrę virgīs Marię spōse dignissime. Quia ex ea ort⁹ est sol iustitię Xp̄s deus nr̄. VER. Ora ꝓ ppl̄o iterueni ꝓ clero itercede ꝓ deuoto femīeo sexu: sētiāt oēs tuū iuuamē, q̄cūq; celebrāt tuā solēnita. Quia Glīa. Quia. VER. ora ꝓ nob. b. Ioseph. ¶ In laudib⁹. ANT. Solēnitas spōsi gloriosę virgīs Marię ex semīe Abraę ort⁹ de tribu Iuda clara ex stirpe Dauid. PSAL. Dn̄s regnauit. ANT. Solēnitas est hodie sācti Ioseph: cui⁹ merita inclyta cūctas illustrāt eccl̄as. PSA. Iubilate. ANT. Regali ex ꝓgenie Ioseph exort⁹ refulget cui⁹ ꝑcibus nos adiuuari mēte & spū deuotissime poscimus. PSA. Deus de⁹ me⁹. ANT. Corde & aīo Xp̄o canam⁹ gloriā i hac sacra solēnitate spōsi genitricis Dei Marię. PSAL. Bn̄dicite oīa. ANT. Cū iucūditate festiuitatē sācti Ioseph celebrem⁹: vt ipse itercedat ꝓ nob ad dn̄m Iesum xp̄m. PSA. Laudate dn̄m. ℣ Ad Bn̄dict⁹ Ant. ¶ Hic est spōsus Reginę virginū, q̄ genuit regē cœlorum, velut lucifer pulcherrim⁹ virgo innocēs & iustus, sanctissime Ioseph intercede pro nobis omnibus.

℣ Can. Benedictus Dn̄s &c. ℣ Ad mag. Antiph. ¶ Hodie beati Ioseph ꝯfessoris ꝑclara merita recolim⁹. Hodie diuini spōsi, beatissimę virgīs Marię virginitatē & inocētiā veneramur. Hodie illi⁹ solēnia pagim⁹, q xp̄m Iesum Deū verū enutriuit. Quo ꝑuilegio ꝓphetis superior: inter p̄riarchas honorabilis: ap̄lis venerādus: nostri quoq; imemor nequaq̄ existat. ℣ Can. Magnifi.

¶ Cętera fiant de cōi vnius cōfessoris ꝭm ordinationē Reueren. Maḡri ordinis fratris Thomæ de Caieta.



Audeam⁹ oēs in dño diē festū celebrā tes, sub honore sācti Ioseph ꝯfessoris: de cui⁹ solēnitate gaudēt angeli & collaudāt filiū Dei. VER. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opa mea regi. ℣ Gloria patri. Gloria in excelsis.

ORATIO.

¶ Deus q sanctū Ioseph beatissimę Virgīs matris vnigeniti filii tui spōsum eē voluisti: quiq; illū patrē ei⁹ vocare dignatus es: quesum⁹, vt tāti cōfessoris intercessio gloriosa nos protegat. Per eundē Dominū nostrū.

¶ Lectio epl'e. b. Pauli apl'i ad Galathas. 4° cap.

Fratres. Quāto tpē hęres puulus est, nihil differt a seruo cū sit dñs oīum: sed sub tutorib⁹ & actorib⁹ est vsq; ad pfinitū tps a pr̄e. Ita & nos cū essem⁹ paruuli sub elemētis mūdi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tpis, misit Deus filiū suū factū ex muliere factū sub lege, vt eos q sub lege erāt redimeret, vt adoptionē filioꝝ Dei reciperem⁹. Quoniā autē estis filii Dei, misit deus spūm filii sui in corda nr̄a clamantē. Abba pater. Itaq; iam non est seruus sed filius. Qđ si filius & heres per Deum.

RESP. Os iusti meditabitur sapiētiā & lingua eius loquetur iudiciū. VER. Lex Dei eius in corde ipsi⁹ & nō supplantabunt̄ gressus eius. ℣ Tractus.

¶ Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis, & quasi sol refulgens; sic ille effulsit in templo Dei. VER. Quasi archus refulgēns inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarū in diebus vernis. VER. Quasi lilia quę sunt in trāsitu aquę, & quasi thus redolens in diebus estatis. VER. Quasi ignis

effulgẽs & thus ardẽs in ignẽ. VER. Quasi vas auri so
lidũ ornatũ oĩ lapide pcioso. ℣ Tpe paschali.
ALLELVIA. Erãt Ioseph & Maria mirãtes sup his q
dicebant de Iesu. ℣ Secundũ Mattheũ. p°ca.



N illo tpe. Cũ esset despõsata mater Iesu Ma-
ria Ioseph anteq̃ ꝯuenirẽt iuẽta est in vtero ha
bẽs de spũsancto. Ioseph aũt vir ei⁹ cũ eẽt iust⁹
& nollet eã traducere, voluit occulte dimittere eam. Hęc
aũt eo cogitante: ecce Angelus Dñi in somnis appuit ei
dicẽs. Ioseph fili Dauid noli timere accipe Mariã cõiu-
gẽ tuã. Quod.n. i ea natũ est, de spũsãcto est. Pariet aũt
filiũ & vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse.n. saluũ faciet po
pulũ suũ a peccatis eoꝝ. Credo. OFFERT.
¶ Surge & accipe puerũ & fuge in Ægyptũ, & esto ibi
vsq; dum dicam tibi. SECRETA.
¶ Hostias tibi Dñe in honorẽ sãcti Ioseph dicatas be-
nignus suscipe, q toti⁹ mũdi hostiã verã enutriuit dñm
nostrũ Iesum Christũ &c. PRÆFATIO.
¶ Eterne Deus, Et te in hodiernæ festiuitatis gaudiis
gloriosi⁹ laudare: qb⁹ sãctissimi cõfessoris Ioseph meri
ta pclara recolim⁹. Ipse est.n.q beatissimę mřis Virginis
ppetuę ꝯiugio donat⁹ est. Ipse est q filiũ Dei přib⁹ oib⁹
optatissimũ enutrire meruit. Tãtiq; extitit apd Deũ me
riti: vt filii Dei přis noĩe fuerit ꝯsecrat⁹. O cõfessorẽ di-
gnissimũ, O virũ oĩ veneratiõe ꝓsequẽdũ, O sanctissi-
mũ patrẽ, q tãta familiaritate adhuc mortalis iunct⁹ fuit
filio Dei. Quẽ laudãt angeli &c. ℣ Cõmunio.
¶ Tolle puerũ & matrẽ eius & vade in terrã Iuda: de-
functi sunt enim qui q̃rebãt aĩam pueri. ℣ Post cõm.
¶ Populũ tuũ dñe cœlesti pietate ꝓsequere: & quos di
uinis pparas sacris: interueniẽte beatissimo Ioseph ꝯfes
sore assidua ꝓtectione cõserua. Per dñm nostrũ.

FINIS.

